hoc de eodem memorat. Quare fremue-
runt gentes et populi meditati ſunt ina
nia. Aſtiterunt reges terre et principes
conuenerunt in vnum aduerſus domi-
num et aduerſus xp̄m eius. Et paulo-
poſt ait ex perſona ipſius chriſti. Domi-
nus dixit ad me filiꝰ meus es tu ego ho-
die genui te. Pete a me ⁊ dabo tibi gen
tes hereditatem tuam et poſſeſſionē tuā
terminos terre.

H ¶Non ſolū antē pōtifices vnguē-
to chriſmatis apud hebreos conſecrabā
tur verum et reges: qui et ipſi quoniam
diuinitatis nutu per prophetaſ ſacrato
quodam chriſmate delibuti ſortiebātur
ſceptra regalia imaginarij ꝫ tamen ipſi
chriſti appellabantur. Quo ſcilicet etiaꝫ
in ipſis celeſtis regis imago ac ſpecies
ſeruaretur. Sꝫ ⁊ in prophetarum ordi-
ne inuenimus nonnullos ſimili modo vn
guento chriſmatis conſecratos miniſte-
rium diuinis eloquijs prebuiſſe et gna-
ros redditos futuroꝝ. Ex quibus om
nibus conſtat qđ filius dei verbum ac ſa
pientia patris: quia verus rex eſt omniū
ſeculorum: et quia verus pontifex eſt fu-
turorum bonorum. ⁊ quia verus prophe
ta eſt quippe qui inſpiret et repleat pro
phetias. ideo vere xp̄s nominatus eſt.
Cuius nominis per eos quos ſuper enu
merauimus pontifices et prophetas et
reges typus et imago precceſſerat. Uerū
illi quoniam vt diximus ad breue tem-
pus vite huius chriſti appellabātur ad
ſolam veri chriſti imaginem conſeruan-
dam: quāuis compoſitione quadam my
ſtica conſecrati olei tamē huius que in-
ter nos haberi ſolet materie ac liquoris
vngebātur. Uerus autem hic qui de ce-
lis venerat et cui omnia qui precedebāt
geſta fuerāt chriſtus non humanis opi-
bus queſita ſumit vnguēta: ſed nouo ac
ſingulari modo paterno ſpū infuſus ⁊ vn
ctus xp̄s efficitur. ſicut multis ante ſecu-
lis de eo vates Eſaias predixerat ex pſo
na ipſius chriſti dicens. Spiritus domi-
ni ſuper me propter quod vnxit me euan
gelizare pauperibus miſit me predicare
captiuis remiſſionem ⁊ cecis viſum. Nec
ſolum Eſaias diuinis hec predixit oracu
lis: ſed ⁊ dauid ſimiliter inſpiratus teſta
tur de chriſto dicens ad ipſum chriſtum.
Sedes tua deus in ſeculum ſeculi. virga
equitatis virga regni tui. Dilexiſti iuſti-
tiam et odiſti iniquitatem: propterea vn
xit te deus: deus tuus oleo letitie pre cō-
ſortibus tuis. In quibus verbis primo
quidem eum euidenter deum deſignat.
Secundo vero per equitatis virgā ſce-
ptrum in eo regale commemorat. Poſt
vero etiam qualiter chriſtus effectus ſit
indicat dicens: quod vnctꝰ ſit deus a deo
non oleo communi ſed oleo letitie. Nec
ſicut participes ſui: ideſt illi qui in ima-
gine preceſſerāt ſed pre participibꝰ ſuis.
Oleum vero letitie in ſacris volumini-
bus intellectu myſtico ſpiritusſanctus di
gnatur.

I ¶Sed et de pontificatu eius. Ideꝫ
dauid alio in loco tale aliquid archanis
ſignat eloquijs tanꝗ̄ ex perſona patris
de filio pronuntiantis. De ventre inquit
ante luciferum genui te. Iurauit domi-
nus et nō penitebit eum: tu es ſacerdos
in eternum ſecundum ordinem melchiſe
dech. Hic autem melchiſedech in diuinis
voluminibus ſacerdos fuiſſe ſummi dei
refertur: ſed qui non oleo communi pun
ctus ſit: neqꝫ qui ex ſucceſſiōe generis ſu
ſceperit ſacerdotiuꝫ ſicut apud hebreos
fieri mos erat. Et ideo ſecundū ordinē ip
ſius ſacerdos futurus dicitur. chriſtus
qui non olei liquore: ſed virtute celeſtis
ſpiritus conſecretur. Idcirco deniqꝫ cum
multi apud hebreos oleo in hoc ipſum ſo
lenniter conſecrato vncti ſint chriſti et ſi
ue reges ſiue prophete ſiue etiam pon-
tifices per hoc fuerint inſtituti: nullus ta
men ipſorum vel genti vel diſcipulis aut
ſectatoribus ex ſuo vocabulo nomen da-
re potuit: ⁊ appellare diſcipulos chriſtia

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nos niſi hic ſolus qui verus eſt chriſtus
et non oleo humano ſed pater non ſpiri
tu perunctus. Hic ſectatorum ſuorū po=
pulos ⁊ vniuerſam per totum mundum
ſui nominis gentem ex veri chriſti voca=
bulo appellari fecit perhenni nomine
chriſtianos.

R ¶ Si igitur vnde genus ducat chri
ſtus requiris: et eius autorem rimaris
qui autor eſt omnium audi quid oracu=
la diuina per dauid magnificentiſſimū
vatem ex perſona ipſius ſummi patris
loquantur. Sicut ⁊ paulo ſuperius me=
morauimus. De vētre inquit ante luci=
ferum genui te. Et quāuis vētris appel
latio in eo qui recte incorporeus credit
conuenire minime videatur: tamen tro
picis ac myſticis legibus hoc eſt quod
indicatur quod non extrinſecus et aliū=
de ſubſtituerit filiū pater: ſed ex ſemet=
ipſo: ac ſi dici poteſt de interioribus ſuis
vt hoc ipſum ſit ille qui natus eſt quod
eſt ille qui genuit. ⁊ ne adoptionis lege
extrinſecus videatur aſſumpt⁹ ſed quā=
tum appellatio ventris intelligi ſugge=
ret ſalua reuerētia incorporalitatis in=
trinſecus editus deſignetur veritate na
ture quod vero ait ante luciferum ante
mundi et ante totius creature deſignat
initium.

L ¶ Diſtinctio ſane inter verum chri
ſtum ⁊ imaginarios illos qui prius pre=
ceſſerāt que habeatur euidens in hoc
iudicium datur. quod illi priores chriſti
nulli pene: niſi genti ꝓprie: cogniti ſunt:
Huius autem veri chriſti non ſolum no=
men: ſed et poteſtas et regnum per om=
nes nationes et per vniuerſum orbē ter
re diffuſum: non ſola cognitione vocabu
li: ſed ⁊ diuinitatis cultu ac religionis re
uerentia conſecratum eſt. In omni nāq;
terra tanq̄ verbum ⁊ ſapientia patris.
tanq̄ deus ⁊ dominus chriſtus ieſus co
litur ⁊ adoratur. ſicut diuinum de eo ꝓ
nuntiauit eloquium dicēs. Quia in no=
mine ieſu omne genu flectatur celeſtiū
terreſtrium ⁊ infernorum. Et omnis lin
gua confitebitur: q̄m dominus ieſus in
gloria eſt dei patris. Unde nō ſolum po=
teſtas eius ⁊ regnum: ſed et affectus et
amor tantus de eo credentium mentib⁹
inoleuit: vt etiam animas ponere pro
nomine eius ⁊ ceruices ſuas perſecuto=
rum gladijs non morientur obijcere: dū
modo ſacroſancta apud eos nominis
eius fides et reuerentia conſeruetur.

¶ Nec interim nobis neceſſario narra=
tionem rerum preceſſerint quam perſe=
qui inſtitutus in quibus oſtendetur no
men chriſti ieſu domini ac ſaluatoris no=
ſtri non nouelle appellationis alicuius:
aut ex carnali natiuitate ſed a deo ipſo
originem ducere.

M ¶ Quod autem recentis vocabu=
li xp̄ianorū gens videtur ⁊ ritus obſeruā
tie eius nup exortus: q̄d etiā hec ipſa no=
uitas in ſe vetuſtatis contineat oſtende
rimus. Antiquiſſimū pre omnibus fere
gētibus hebreorū genus haberi puto q̄
nulli videatur dubitandū ⁊ quod apud
ipſam gentem ſecretior quidam religio=
nis cultus ⁊ obſeruantia diuinis māda
ta voluminibus contineatur. In quibus
etiā de nonnullis iuſtitia ⁊ pietate pre=
dictis viris refertur: quibuſdam quidē
qui ⁊ ante diluuiū fuerunt: alijs autem
⁊ poſt diluuium. In quibus de noe atq;
eius filijs omniq; proſapia ſcribit ⁊ vſq;
ad abraam protenditur quem parentē
gentis hebreorum conſtat extitere. Oēs
ergo illos qui ad abraam ſurſum verſus
vſq; ad primū hoiem gñationis ordine
conſcribuntur: ⁊ ſi non nomine rebus ta
men ⁊ religione xp̄ianos fuiſſe ſi quis di
cat non mihi videtur errare. Cum enim
nomen xp̄iani hoc indicet q̄ xp̄o quis cre
dens per eius doctrinam fidem pietatē
ac iuſtitiā teneat: ⁊ ſtudijs diuine inhe=
reat ſapientie atq; omne q̄d ad virtutē
pertinet exequatur. Si igitur hec ſunt q̄ a
vocabulo xp̄iani nominis inducantur et
vere eū religionis ſectatorem deſignāt.
Hoc erant etiam illi ſancti de quibus ſu
pra diximus viri quod chriſtiani nūc eē
profitentur. Neq; enim aut corporalis
eius inerat circunciſio aut obſeruatio
ſabbati. ſicut nec nobis quidem aut vl=
la de ciborum obſeruatione religio. vel
cetera que poſterioribus per moyſen fi=
guraliter magis ⁊ myſtice obſeruanda
tradunt. Cū igit abſq; his oib⁹ obſerua
tioib⁹ fuerit religioſi illi q̄ꝝ ſupra memo



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rauimus viri ſecuti autem ſint fidem eiꝰ
quē nos nūc ſequimur xp̄i quē frequēter
apparuiſſe eis ⁊ docuiſſe vel nouiſſe ea
que ad fidē ⁊ pietatē pertinent in ſupe=
riorībꝰ approbauimus: quomō dubita=
batur ab illis cepiſſe ⁊ ab illis eſſe dedu
ctam huius gentis originem: qui ⁊ eūdē
dominum autorem ⁊ ducem vite ſeque=
bantur ⁊ in ſimili religionis obſeruātia
perſiſtebant. Intantum deniqꝫ hec in il=
lis premiſſa ⁊ preformata religio eſt: vt
ne ipſo quidem nomine quod certe ſolū
differentiam facere videtur habeantur
alieni. Sed ⁊ ipſos iam tunc non xp̄ia=
nos. ſed ⁊ chriſtos eſſe appellatos diui=
na teſtantur eloquia. Dr̄ em̄ de illis ex
pſona dei ad alienigenas gētes. Nolite
tāgere xp̄s meos ⁊ in ꝓphetis meis no=
lite malignari. Hec cum de abraā: ⁊ de
illis q̄ per illud tēpus ad dei cultū perti=
nebant dicta referant̄. euidētiſſime ⁊ lu
ce clarius in ip̄is ⁊ ante ipſos chriſtiano
rum genus iā tūc fuiſſe: ⁊ omnē tenuiſſe
pietatis ac religonis obſeruantiam de=
ſignant̄: quā nūc per aduentum carna=
lis p̄ntie xp̄i per oēs gētes cōmunicatā.
⁊ in omnibus impartitā nationibus cō=
ſtat. Quo ſapiētie pietatiſqꝫ theſaurus
qui velit intra anguſtum conclaue pro
raris quibuſqꝫ cultoribus tenebat̄ vni=
uerſum mundum fidei ac religionis pro
fuſione ditaret. Et quod prius viritim
prebebatur. nunc ſimul ⁊ ſubito genti=
bus integris ⁊ populis ac nationibꝰ in=
geratur. Quod ita futurū diuina inſpi=
ratione proſpiciens quidam eximius ꝓ
phetarū ſtupore mentis attonitus cum
admiratione exclamat ⁊ dicit. Quis au
diuit talia ⁊ quis locutus eſt ita. Si pe=
perit terra in vna die: ⁊ ſi genita eſt gēs
de Semel. Et ita in alio loco de his ip̄is
ꝙ ſermo diuinus gentē pturiendā eſſe p̄
dixerat ꝯteſtat̄ ⁊ dicit. ijs aūt qui ſeruiēt
mihi vocabitur nomē nouum. qđ bene=
dicetur ſuper terras: autē ita nouū no=
men ꝙ chriſtianorum vocabulum genti
bus datum eſt. Nouū autem dicit nomē
nuper diſperſum non nuper inuentum.

N ¶ Uerū ⁊ hoc ip̄m ita futurum et
hanc benedictionem nominis ac fidei oī
bus eſſe gentibus largiendam. nequa=
quam diuina oracula ſiluerūt. De ip̄o
namqꝫ abraam dum adhuc eſſet in pre=
putio cōſtituturus. dicit ſermo diuinus.
Credidit Abraam deo ⁊ reputatum eſt
ei ad iuſtitiam: ⁊ amicus dei appellatꝰ
eſt. Credidiſſe ergo refertur ei quem ap
paruiſſe frequenter: ⁊ inſtruxiſſe eū que
ad pietatem ⁊ religionem pertinent: ſu=
pra edocuimus. Chriſto ſcilicet per quē
omnia conſtare que geſta ſunt ⁊ gerēda
ſepe probatum eſt. A quo etiam ad ip̄m
abraam reſponſa huiuſmodi deferūtur.
Et benedicentur inquit in te omnes tri=
bus terre: ⁊ iterum. Faciam te ingentē
magnam ⁊ multam. Et benedicētur in
te omnes gentes terre. In quo euidēter
exprimitur ꝙ ille cultꝰ atqꝫ illa fidei gra
tia. que tunc abrae ⁊ paucis illis qui ad
id temporis fide ⁊ pietate inſignes erāt
concedebatur. poſtmodum per omnes
gentes ac per omnes terras: eſſet bene=
dictionis titulo per diuinam gratiā lar=
gienda. Certū namqꝫ eſt ꝙ ſicut ille cre=
dēs ei qui ſibi apparuit iuſtificatus eſt:
⁊ paternis ſuperſtitionibus repudiatis
ac ſpretis: dei veri p̄cepta fide atqꝫ ope=
ribus executus eſt: ⁊ ꝓhoc ei dicit̄ q2 be=
nedicentur in te oēs tribus ⁊ gentes ter
re. Ita ⁊ chriſtiani fide atqꝫ operibus id
agunt vt paterne ſuperſtitions errore
depulſo: ſequantur deum quem ſecutus
eſt abraam: vt ex ſimili fide eius viuificē
tur ſicut viuificatus eſt abraam. Quid
igitur obſtat: vt non vna atqꝫ eadem re=
ligionis obſeruantia deputetur in ijs in
quibus vnam atqꝫ eādem fidei atqꝫ ope
rum eſſe conſiſtit formam: ⁊ ideo non no
uella neqꝫ peregrina eſt chriſtianorum
religio: et nuper exorta. Sed ſi fas eſt li=
bere indicare qđ verum eſt. prima om=
nium atqꝫ ab ipſa ſimul mundi origine
ac natiuitate deſcendens: eodem chriſto
deo doctore ⁊ inſtitutore iā inde ab ini=
tio ſpeciem formamqꝫ ſuſcipiens. Et de
his quidem iſta ſufficiant.

¶ Uerum poſtea quam conſequēter ea
que hiſtoricam narrationem debuerāt
anteire premiſimus ſupereſt iam vt ⁊ a
corpali p̄ſentia dn̄i ⁊ ſaluatoris noſtri. ⁊
de his q̄ deinceps geſta ſunt velut itine
ris noſtri aggrediamur exordiū. Ipſum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

omnipotētē verbi patrem deum ſʒ ⁊ ipm̄
cuius res geritur ieſum chriſtū dominū
ac ſaluatorem noſtrum celeſte dei v̄bum
adiutoriū ⁊ autorem narrationis noſtre
precibus inuocantes.

¶ Capitulū.ij. de tempore natiuita-
tis chriſti ſecundum carnem.

Bit ſecundo
et quadrageſimo imperij
ceſarꝫ auguſti ānno ab egy-
pto v̄o ſubiugata:⁊ Anto-
nij ⁊ cleopatre interitu:in
quē nouiſſima ptolomeoꝝ apud egyptū
regna ceciderūt. Octauo ⁊ viceſimo au
no:dn̄s ⁊ ſaluator noſter ieſus xp̄s:pri-
ma aſcriptiōe cēſus cyrino ſyrie p̄ſidēte:
ſm̄ ordinē totꝰ p̄phetie q̄ de ipſo predi-
cta eſt:in bethleē iude oppido naſcitur.
Hunc aūt ſyrini tp̄ibꝰ habitū cēſum etiā
ioſephus illuſtris hebreoꝝ hiſtoriogra-
phus memorat annectēs huic narratio-
ni:etiā galileoꝝ hereſeʒ hiſdē exortā eſſe
tp̄ibꝰ. De qua apud nos Lucas in acti-
bus apoſtoloꝝ meminit his verbis.

¶ Cap.iij.de iuda galileo ⁊ theoda.

POſt hūc inquit
ſurrexit Judas galileꝰ in die
bus conſcriptionis cenſus et
aduertit populū poſt ſe:ſed ⁊
ipſe perijt ⁊ oēs qui credebāt ei diſperſi
ſunt. De his autē ipſis ioſephus de quo
ſupra diximus in hiſtoria ſua octauode
cimo antiquitatū libro hoc modo memo-
rat. Cyrinus aūt vir vnꝰ ex ꝯſenſu curie
romane p̄ ſingulos magiſtratus:vſqꝫ ad
gradū conſulatus aſcēdēs:inter cetera
quoqꝫ honorabilis cū paucis ſyriā venit:
a ceſare ius dare gētibus miſſus:⁊ cēſor
ſimul patrimonioꝝ futurꝰ. Et poſt pau-
ca ait. Judas v̄o gaulanites vir de ciui-
tate gamala:ſed ducum quēdaʒ phari
ſeum aſſumens magnopere videbat ſol-
licitare plebem:aſſerēs eis q̄ a ſcripto
cenſusˀnihil aliud q̄ aptiſſimā impone-
ret ſeruitutem. Simulqꝫ hortabat gentē
ſuam:ne perderet libertatem. Sed et in
ſecūda hiſtoria iudaici belli:de hoc ipſo
hic ſcribit. Quo in tp̄e inquit vir quidaʒ
galileus iudas noīe ad diſſentionem po
pulos cogebat:peſſimū fore eis perſua-
dens:ſi acquieſcerent ſoluere tributa ro
manis ⁊ poſt deum mortalem ſuſciperēt
dominatum hec ioſephus.

¶ Capitulū.iiij.de herode qui ex alie
nigenis venit ad regnum.

PEr ideʒ tēpus
herodes primus ex alienige
narum genere ortus:regnū
iudaice gētis obtinuit. Et in
ipſo completur prophetia quaʒ moyſes
ante p̄dixerat.q̄ non deficeret princeps
ex iuda:neqꝫ dux de femoribꝰ eius:vſqꝫ
quo veniret cui repoſitum eſt.
A ¶ De quo etiam idem pronuntiat
Moyſes q̄ ⁊ ipſe ſit expectatio gentium.
Jmperfectus nāqꝫ preſagij huius pēde-
bat euētus.donec ſub p̄prie gentis prin
cipibus regerentur. Qui incipientis ab
ipſo Moyſe qui hec p̄dixerat vſqꝫ ad au
guſti imperium perdurarunt quo in tē
pore primus vt ſupra dixi herodes exter
ni generis vir:a romanis iudeorum ſu-
ſuſcepit principatum
B ¶ Qui herodes(ſcḋm ea quidē que
ioſephus tradit)ex idumeorum gēte pa-
ternum genus:ex Arabū vero materni
ſanguinis originē deducebat. Affricanꝰ
autem:qui ⁊ ipſe precipuus in hiſtorio-
graphis habetur aiūt(inquit)qui de eo
diligentius explorarunt:antipatrē quē
dam patreʒ eſſe herodis aſcalonite: qui
⁊ ipſe fuerit herodis cuiuſdā filius tem-
pli Apollinis editui. Hic ātipater ab idu
meis latronibus captus admodū puer
p̄manſit cum predonibꝰ:pro eo q̄ pater
eius rei familiaris inopia filium redime
re nō valeret. Uerū puer latronū vita et
moribꝰ inſtitutus poſtmodum hircano
cuidā iudeorum pontifici familiaris effi
citur:ex quo naſcitur herodes hic q̄ ſal-
uatoris tēporibꝰ fuit. Hec Affricanus.

¶ Capitulū.v.q̄ herodis tempore in-
terrupta ſit regnū ſucceſſio ſcḋm Da
nielis prophetiam. A.

Bitur cū in ho
minem externe gentis iudeo
rum deueniſſet imperiū:im-
minebat ſine dubio etiā illa

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

propheticis predicta vocibus expectatio
gentium. Quippe cum defeciſſent apud
eos ab origine ipſi⁹ Moyſi ſceptra prin-
cipum regumqꝫ ſucceſſio. Prius enim ꝙ
in captiuitatem Babylonie ducerentur
regnauit apud eos Saul primus: ⁊ inde
Dauid. Nam ante reges a iudicibus re
gebātur: qui poſt Moyſen et Jeſum ſuc-
ceſſorem eius: gentis illi⁹ tenuerant prin
cipatum. Poſt reditum vero de babylo-
nia nō defuere eis gubernacula diſcipli
nis optimis inſtituta. Per pontifices et
enī rerū ſumma gerebat donec pōpeius
⁊ romanoꝝ magiſtratus aduenīēs hie
roſolymam: vrbem quidem romanis ar-
mis oppugnaret ⁊ caperet. Sancta vero
et ſacratiſſima queqꝫ templi pollueret:
ita vt ne ab ipſis quidem abditis ingreſ
ſum temperaret hoſtilem. Eum vero qui
ꝑ auitam ſucceſſionē per idem tempus
regno ſimul ⁊ pōtificio fungebatur. Ari
ſtobolum nomine: victum cum liberis ro
mam miſit hircano fratri eius pontifi-
catum relinquens. Omnem vero iudeo-
rum gentem ex illo tempore tributariā
romano fecit imperio.

B ¶ Sed hircano in quem vltimum iu
deorum gentis pontificatus fuerat de-
uolutus a parthis capto: primus ſicut
ſupra dixi externi generis vir herodes
per ſenatuſconſultum Auguſto imperā-
te: iudeorum gentis adipiſcitur guber-
nacula. Sub quo imminente iam ſalua-
toris aduētu etiam ſalus gentium et vo
catio expectata ſ̄m ea que prophete pre
dixerant conſecuta eſt. Ex quo vtriqꝫ tem
pore interrupta ſucceſſionis ſerie ducū
vel principū qui de iude femorib⁹ deſcen
debant. Conſequenti ratione ordo quo-
qꝫ ſacerdotij ab auis et proauis indecli-
nabiliter currens repente confunditur.
habes et de his idoneū teſtē ipſum ioſe-
phum qui indicat herodē poſtꝙ regnū
ſibi iudeorū a romanis conceſſum eſt: nō
iam ſcd̄m generis ordinem conſtituiſſe
pontifices ſed ignobilibus quibuſque ſa
cerdotia permiſiſſe. Similia quoque in
ſacerdotibus ordinādis egiſſe etiam ſuc
ceſſorem eius archelaum refert. Poſtꝙ
iudeorum imperiū dicit recepiſſe roma
nos. Idem ipſe ioſephus indicat ꝙ etiā
ſacram veſtem pontificis ſummi hero-
des occluſā ſub ſignaculo ſuo tenuerit:
nec vnquam pontificibus vſum eius po
teſtatem ve permiſerit. Hoc idem ⁊ ſuc-
ceſſor eius archelaus. Hunc et romani
morem poſt ipſos pontificalis iniurie te
nuere. Hec autem dicta ſint nobis ap-
probare volentibus veritatem: prophe-
tie que in aduentu domini noſtri et ſal-
uatoris impleta eſt. Sed ⁊ apud Danie
lem prophetam euidenter numerus ſe-
ptimanarū: qui vſqꝫ ad chriſtum ducem
futurus deſignatur implet⁹ eſt. De qui-
bus in alijs locis expoſuimus. Poſt qua
rū ſeptimanarum conſummationē abo
lendum eſſe chriſma: quod apud iudeos
ſacratiſſimum ſeruabatur: adē prophe-
ta deſignat. Quod quidem manifeſtiſſi-
me eo ipſo tempore quo dominus noſter
ieſus chriſtus aduenit: probatur imple-
tum. Hec autem a nobis pro neceſſario
relato ad oſtendendam veritatem tem-
porum teneantur.

¶ Cap. vj. de diuerſitate generatio
nū a Mattheo ⁊ luca cōſcripta ⁊ ea ꝙ
de his refert affricanus.

VErum quoniā
de generationib⁹ chriſti va
rie nobis Mattheus ⁊ Lu-
cas euangeliſte tradiderūt
et contraria ſibi a quamplurimis dicere
putantur. In quo etiam nonnulli fide-
lium veritatis ignorantia: cōmenta que
dam pro ſuis quiſqꝫ opinationibus co-
nantur adhibere: etiam de hoc hiſtoriā
que ad nos vſqꝫ deducta eſt in medium
proferamus.

A ¶ Affricanus cuius ſuperius fecim⁹
mentionem: ſcribens ad ariſtidem que-
dam de euangeliorum conſonantia: ⁊ de
genealogijs que a mattheo ⁊ luca diuer
ſe referuntur: ceterorum quidem opinio
nes procul a veritate deerrantes coar
guit. Ipſe autem hiſtoriam quam cōpe-
rerat: in his ipſis protulit verbis. Apud
gentem inquit iſrael generationum no-
mina: nunc ſecundum nature nunc etiā
ſecundum legis ordinem numerantur.
Nature quidem ſucceſſiones habentur
que ex ſeminis vel ſanguinis veritate de-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſcendunt. Legis autem quis filius alio generante ſubſtituitur ſub nomine fratris defuncti ſine liberis. Cum enim reſurrectionis inter eos ſpes necdum fuiſſet accepta: per hec reſurrectionis quandam imitabãtur imaginem: vtinã nomẽ generis vitio ſterilitatis aboleret. Cum ergo huiuſcemodi apud eos generationum ordines ſeruarentur: vt quidem ex ipſo germine: quidam ex ſubſtitutione ab aliĳs generati aliĳs filĳ legis beneficio deputarentur: a ſingulis euangeliſtarum vtriuſqꝫ modi cõmemorata ſucceſſio eſt. Id eſt vt alter eorum eum qui genuiſſet: alter vero eum qui quaſi genuiſſe videretur exponeret. Et ita fit vt neutrum euangelium mentiatur dum aliud nature ordinem: aliud vero legis exequit᷑. Reſtinctum namqꝫ ſibi eſt inuicem genus. ⁊ illud quod per Salomonẽ ⁊ illud quod per natham deducitur: per legales ſubſtitutiones que fiebant his qui ſine liberis decedebant: et per ſecundas nihilominꝰ nuptias: quibus vnus atidem aliĳs parentibus progenitꝰ aliarũ eſſe filiꝰ videbatur. Et ita fit: vt vtraqꝫ narratio gñationũ vſqꝫ ad ioſeph veriſſimis lineis deducatur: diuerſo quidem ſed ſatis explorato ordine ſignata.

B ¶ Vt autem clariꝰ fiat quod dicitur ipſas generationum conſequẽtias enarrabimus. Ad dauid per ſalomones generatio quaꝫ dinumerat mattheus: tertiũ a fine facit matham qui dicitur genuiſſe iacob patrem ioſeph. Per nathã vero de dauid lucas generationum ordinem texens: tertium nihilominus eiuſdem loci facit melchi. Dixit enĩ ioſeph qui fuit heli: quit fuit melchi. Nobis ergo imminet oſtẽdere quomodo ioſeph qui dr̄ ſm mattheũ quidem patrem habuiſſe iacob qui deducitur ꝑ ſalomonẽ: ſm lucã vero heli q̃ deducitur ꝑ nathã. Utqꝫ iſti ipſi id eſt iacob ⁊ heli qui erant duo fratres habẽtes: alius quidem nathan alius autem melchi patrem ex diuerſo genere veniẽtes: etiam iſti ioſeph aui eſſe videantur Eſt ergo modus iſte mathã ⁊ melchi diuerſis temporibus de vno eademqꝫ vxore eſt a nomine: ſingulos filios procrearunt: quia matham qui per ſalomonem deſcendit vxorem eam primus acceperat: ⁊ relicto vno filio iacob noĩe defunctus eſt. Poſt cuiꝰ obitum (qm̄ lex viduã aliĳ viro non vetat nubere) melchi qui per natham genus ducit cum eſſet ex eadem tribu: ſed non ex eodem genere relictam matham accepit vxorẽ: ex qua ipſe ſuſcepit filium nomine heli. Per quod ex diuerſo patrum genere efficiuntur iacob ⁊ heli vterini fratres: quoꝝ alter .i. iacob fratris heli ſine liberi defuncti vxorem ex mandato legis accipiens genuit ioſeph: natura quidem germanis ſuum filium propter quod ⁊ ſcribitur. Iacob autem genuit ioſeph ſecundum vero legis preceptum heli efficitur filiꝰ: cuiꝰ iacob quia frater erat: vxorem ad ſuſcitanduꝫ fratris ſemẽ acceperat. Et ꝑ hoc rata inuenit᷑ atqꝫ integra generatio: ⁊ ea quaꝫ mattheus enumerat dicẽs. Iacob auteꝫ genuit ioſeph: ⁊ ea quam lucam petenti obſeruatione deſignat ⁊ vna qui putabatur eſſe filius ioſeph: qui fuit iacob. Qui ⁊ ipſe ſubſonante eadem diſtinctione: heli eſſe filius putabatur qui fuerat melchi: quia legalem hanc ſucceſſionem q̃ velut adoptiõe quadã erga defunctos cõſtat magiſqꝫ germinis veritatẽ: cõpetẽti: ſatis per hoc deſignauit indicio obſeruans euangeliſta: ne oĩno in huiuſcemodi ſucceſſionibꝰ genuiſſe aliquẽ notaret: ꝑ quod digna diſtinctione non deſcẽdens: ſed aſcendens vſqꝫ ad adam: ⁊ adipſum vſqꝫ peruenit dominum.

C ¶ Hec autem non nobis ad ſubituꝫ reperta: aut abſqꝫ vllis autoribus commentata ſunt: ſed ipſi hic ſaluatoris noſtri ſecũdũ carnẽ propinqui ſeu ſtudio tãti ſeminis demonſtrandi ſeu edocendi q̃ ſecundum veritatem geſta ſunt tradiderunt. Attẽdẽtes etiam hoc: ꝙ cum idumei latrones aſcalonitate ciuitati irruẽtes ⁊ de apollinis templo quod muro vrbis adherebat cum ceteris ſpoliĳs etiaꝫ antipatrem herodis cuiuſdã editui filiũ captiuum dirapuiſſent accidiſſe poſtmodum: vt ad amicitias hircani pontificis antipater perueniret. Cuius principatũ quod in quamplurimis iuuiſſet: defuncto eodem hircano Herodi filio ſuo a romanis ꝑ ambitionem regnũ iudee acce-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

perit. Uerum hec ⁊ in alijs grecorū hiſto
rijs deſignant. Sed illud ꝓcipue ſupra=
dicti viri memorie tradiderūt: ꝙ per idē
tp̄s oēs hebreorū generatiōes deſcripte
in archiuis templi ſecretioribus habebā
tur. In quibus etiā alienigenarū quo=
rūq; cōtinebantur origines: ſicut achior
ex amātis ⁊ ruch ex moabitidis: alij etiā
ex egypto qui dicuntur iſrahelitis eſſe cō
mixti. Uerum herodes cum ſummā pote
ſtatem teneret: videns quod huiuſcemo
di generis indicia ſi permanerent obſu=
ſcationis ſibi plurimum quererent ignoe
bilitatis ſue conſcientia exagitatus om=
nes libros in quibus conſcriptio generis
habebatur: iuſſit incēdi exiſtimās ſe no=
bilem videri poſſe: ſi nouitius eſſet: ⁊ ad=
uena iſrahelitici generꝫ nullis ꝯſcriptio=
num faſtibus vrgeretur. Uerum fuere
tum pauci diligētes ⁊ ſtudioſi viri: q̄ vel
deſcriptos ex parte aliqua huiuſcemodi
libros domi haberent: vel etiam memo=
riter auite ordinem proſapie retinerent.
Precipue quod demiſſa a proauis nobi
litas conualebat. Ex quibus fuerunt ⁊ ij
quos pauloante memorauimus de ſpo=
ſyneo. i. heriles vel dn̄icij appellati pro=
pter propinquitatem generis xp̄i qui et
nazarei fuerūt ex vico cochaba iudeorū
quiq; per omnem regionē circumeuntes
ordinē ſupradicte generationis partim
memoriter: partim etiā ex dierum libris
inquātū erat poſſibile perdocebāt. Qui
bus ita a nobis inquantū diligentia po=
tuit perſcrutatis euidentiſſime euange=
liorum per hoc veritas declaratur. Hec
ſunt que ab aphricano didicimus. Hoc
itaq; modo in ioſeph patrū generatione
deducta: dubitari iam nō poteſt de Ma=
ria que eiuſdem generis atq; eiuſdē tri=
bus extiterit. Siquidem ſecundū legem
moyſi nō licebat in diuerſis tribubꝰ nu=
ptias permiſceri: ſed vni ex eodem popu
lo atq; ex eadem familia innupta preci=
pitur copulari: vt ne permixtione coniu=
gij etiam ſors hereditatis deducatur in
dubiū: ⁊ de alia tribu contra fas ad aliā
transferatur: ſed de his ſatis dictum eſt.

¶ Capitulum. vij. de nece infantium apud Bethleem et Magorum pre=ſentia.

CHriſto igitur
ſcḋm prophetie fidem nato in
bethleem iude temporibꝰ ſu=
pradicti herodis de orientis
partibus aduentantes quidam viri ex
magorum gente percūctantur ab hero
de: vbinam eſſet rex qui nuper natus eſt
iudeorum: affirmantes vidiſſe ſtellā eiꝰ
in oriente: que ſibi etiam dux itineris ex=
titiſſet cauſam vero tante ꝑperationis
adorandi ac venerādi nuper editi regis
eſſe. Quibꝰ ille auditis incredibiliter de=
terretur: verēs ne ſtatus ſui periclitare
tur imperij. Accerſitis ergo legis docto=
ribus percunctat᷑ vbinā xp̄m naſci ſpera
rent. Ut vero ex michee oraculis locꝰ na=
tiuitatis eius apud bethleem deſignatꝰ
eſt: vno precepto rex omnes lactantes
pueros non ſolū apud bethleē: ſed et in
oībus finibus eius ab imis ⁊ infra: ſcḋm
tp̄s qḋ explorauerat a magis interimi
iubet: ſi quō ēt ieſu cū equeuis poſſit ex=
tinguere. Sꝫ ꝓuenit regis inſidias puer
adductus in egyptum: parētibꝰ de dolo
regis angelo prenuntiante cōmonitis.

¶ Capitulum octauum de crucia=tibus ipſius herodis qui necari iuſ=ſit infantes.

VErum hec etiā
ſacris euangelij vocibus edo
cemur opere p̄cium eſt crude
litatis herodis i xp̄m ⁊ eque=
uos eiꝰ videre mercedem. Statim nāq;
nec mora vltio in eum diuina conuertit:
que non ſolū preſens inferret exitium.
A ¶ Uerum ⁊ quibus poſt interitū ſup
plicijs eſſet cruciandus oſtenderet. Lon
gum eſt ſi proſperitas imperij eiꝰ quibꝰ
ad illud tempꝰ vſq; pollebat domeſticis
referam gladibus obſcuratas: ignomi=
niam matrimonij funera liberorū quorū
tamen ipſe extiterit parricida: ſororis ēt
propinquorūq; oīm ſi exequar clades:
tragedia magis quā hiſtoria texi vide=
bitur. De quibꝰ tamen ſi quis ſcire vult
Joſephus plenius refert.
B ¶ Igitur cum pro ſacrilegio quod in
ſaluatorem cōmiſerat ⁊ ſcelere quod in
equeuos eiꝰ pergerat vltio eum diuina

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vigeret in mortem: quem dederit exituz
nō puto indecorū ſi ipſius ioſeph in ſepti
modecimo libro antiquitatū hec referen=
tis ſermonibꝰ explicemus. Herodē (inq̄t)
porro et maior indies morbus vigebat
ſupplicia commiſſi dudum ſceleris expe
tens. Lento nāqꝫ igne extrinſecus in ſu=
perficie corporis vrebatur intrinſecꝰ ve
ro vaſtum condebatur incēdium. Auidi
tas inexplebilis ſemper inerat cibi: nec
tamen ſatiari vnqꝫ rabidis incitata fau
cibꝰ valebat ingluuies. Inteſtina intrin
ſecus vlceribus obſepta: doloribꝰ quoqꝫ
colli q̄ꝫ maxime cruciabat̄. Humor liqui=
dus et liuidus erga pedes tumidos ob=
errabat ⁊ ab inferioribus partibꝰ pube
tenus tumore diſtentus: ſed et verenda
ipſa putredine corrupta ſcatere vermi=
bus. Spiritus quoqꝫ incredibilis infla=
tio et tentigo obſcena ſatis ⁊ execranda.
His aūt oībus doloribus fetor dirior. vl̄
ex mēbrorum putredine: vel ex reſpira=
tiōe anhelitus reddebatur. Ita ex omni
parte cruciatibus feſſo nulle ſufficere vi
res ad tolerantiam poterant. Dicebant
ergo his quibus diuinandi peritia eſt di
uinitꝰ has penas ab imperatore deo ob
multa eius impie et crudeliter geſta de=
poſci. Hec quidez in ſupradicta hiſtoria
refertvir de quo pauloan̄ memorauimꝰ.
¶ Sed in ſecūdo libro idem hiſtoriogra=
phus ſimilia nihilominus de eodē ſcri=
bit hoc modo dicens. Poſt hoc vero om=
ne corpus eius morbus inuadens diuer
ſo eum ſibimet corruptele genere ven=
dicabat. Febris nāqꝫ vna parte lenta ve
xabat prurigo ex alia parte ītolerabilis
per oēm corporis diffuſa ſuperficiē. Colli
quoqꝫ creberrimꝰ dolor pedes pubetenꝰ
hydropis abſcederat tumor. Verenda
corrupta putredine ⁊ ſcatentia vermibꝰ
horreſcebant. Inflationes etiam tortuo
ſi ſpūs ⁊ crebra ſuſpiria conuulſis admo
dum producta viſceribꝰ ita vt diceretur
a vatibus non morbi corporis hec ſed di
uine vltionis eſſe ſupplicia. Quiqꝫ cum
tot morbis etiā feralibus vigeret tamē
ſpem adhuc viuendi gerens de medelis
atqꝫ remedijs cogitabat. Deniqꝫ trāſito
iordane aquis calidis q̄ apud calleroē
ſunt vtebatur que etiaz potantibꝰ com=
mode dicuntur. Viſum eſt autem medi=
cis ēt oleo calido omne corpus fouēdum
Cumqꝫ depoſitus fuiſſet in huiuſcemodi
fomento: ita reſolutus eſt omnibus mem=
bris: vt etiam oculi ipſi e ſuis ſedibus
ſoluerentur.

¶ Capitulum .ix. De crudelitate hero=
dis quā mortis ſue tempore ꝑpetrauit.

DEportatur ex
inde hierico ⁊ famulorū plā=
ctibus ammonitꝰ vbi deſpe=
rare cepit militibus quidem
quinquagenas dragmas diuidi iubet.
Diutius vero et amicis ſuis plurimum
pecunie largitur. Ipſe autē furore iam
plenus ⁊ ipſi vt ita dicā minitans morti
fertur in facinus execrabile. Etenim ex
ſingulis quibuſqꝫ vicis vel caſtellis ſi q̄
nobiliores et primarij erant viros ex om
ni iudea ad ſe colligi et recludi iubet in
loco qui dicitur hypodromus. Accerſita
tamen ſorore ſua ſalomone atqꝫ eius vi=
ro nomine alexan. Noui inquit iudeos
de meo interitu gauiſuros: ſꝫ potero ha=
bere lugentes ⁊ exequī honorabiles ex
plangentium multitudine ſi volueritis
vos meis parere preceptis. Hos omnes
quos in cuſtodia haberi iuſſi totius iu=
dee nobiles viros ſtatim vt ego ſpirituz
exhalauero interficite ⁊ hoc ipſum militi
bus p̄paratis: vt omnis iudea et omnis
domus etiam inuita defleat obitū meū.
¶ Et poſt pauca idem ioſephus ait. Rur
ſum autem nam ⁊ cibi auiditate ⁊ tuſſis
conuulſione diſtendebatur. Cum ex do=
lorum violentia iam vite exitum adeſſe
ſentiret malo accepto cultrum popoſcit.
Solebat enim ꝑ ſemetipſum purgatum
ſic pomum atqꝫ inciſum edere. Tūc dein
de circunſpectans ne quis eſſet qui ꝓhi
beret eleuauit in ſemetipſum dexteram
ictumqꝫ librauit. Adhuc idem proſequi=
tur ſcriptor ꝙ paulo anteq̄ꝫ nouiſſimum
ſpiritum redderet: tertium poſt duos q̄s
ante necauerat filium ſuū preceptis im=
pijs iugulaſſet atqꝫ ad vltimam lucē ſi=
cut non abſqꝫ maximis doloribus corpo
ris: ita etiam nec abſqꝫ parricidij piacu
lis aufugiſſet. Talis igitur herodis exti
tit finis que digna ſupplicia ſcelere q̄

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in bethleē erga paruulos geſſerat: ꝛ pro
inſidijs dñi nr̄i ac ſaluatoris exact⁹ eſt.

¶ Capitulum decimum de archelai
regno poſt herodem.

DE ſucceſſiōe ve-
ro eius hiſtoria nos euange-
lica perdocet qḋ poſtea quā
per angelum cōmonitus io-
ſeph ſublato puero ꝛ matre eius de egy-
pto redijt ad terram iudeam. Audiens
inquit euangeliſta quia archela⁹ regna-
ret pro herode patre ſuo timuit illo' ire.
Commonitus autem in ſomnis abijt in
partes galilee. Huic aūt euangeliſte ve-
ritati conſona ſcribit etiam ſupradictus
hiſtoriographus: diligēter hoc exequēs
quomodo ex teſtamento herodis patris
ſui adiudicante etiam ceſare auguſto re-
gni iudeorū ſucceſſor extiterit archela⁹
ꝛ vt poſt decem annos imperio deuolu-
tus ſit vtqꝫ philippus et herodes iunior
frater cum liſania in terra archias diui-
ſum iudee regnum regebant.

¶ Capitulū.xj. qḋ falſa eſſe acta que
iudei proferūt etiam ioſephi teſtimo-
nio ex cōſonatiōe tēporū cōuincātur.

HEc quoqꝫ ipſe
hiſtoriograph⁹ in decimoocta-
uo libro refert duodecimo an-
no tyberij ceſaris (qui augu-
ſto ſeptem ꝛ quinquaginta annis princi-
patu poſito ſucceſſerat) pontium pilatū
iudee procurationem ſuſcepiſſe: atqꝫ ini-
bi p decē cōtinuos annos vſqꝫ ad ipſum
pene finem tyberij perduraſſe. Ex quib⁹
omnibus figmentum impudens euiden-
ter arguitur actorumqꝫ recenti confecta
plaſmate aduerſus xp̄m dominum pro-
ferūtur. In quibus primo omniū tempo-
ris ipſius ratio coarguit falſitatē. Quar-
to nāqꝫ conſulatu tyberij (qui cōſulatus
ſeptimo anno imperij ei⁹ fuit) piaculi in
ſaluatorem commiſſi tempus falſa hec
acta perſcribunt. Quo in tempore euidē-
ter oſtenditur ne miſſus quidem adhuc
ad iudee procurationem pilatus ſecun-
dum ioſephi probatiſſimi hiſtorici teſti-
moniū. Qui pleniſſime deſignat duodeci-
mo anno tyberij ceſaris iudee procura-
tionem ſuſcepiſſe pilatum. Conſonanter
autem in his cum hiſtorico euangeliſta
concordat: quintodecimo dicens anno ty-
berij ceſaris (in quo quartus erat pilati
procurationis annus, cū etiam iudee te-
trarche haberent herodes ꝛ liſias phi-
lippus) dominum ꝛ ſaluatorem noſtrum
ieſum chriſtum ꝛ fuiſſe annorum trigin-
ta: quando ad ioannem baptizādus ad-
uenit. Tunc etenim initium euangelice
predicationis inſtituit.

¶ Capitulum.xij. qꝫ a pontifice An-
na vſqꝫ ad Caypham quatuor ponti-
fices fuerint: ꝛ ſingulis annis admini-
ſtrauerint pontificatū in quibus pre-
dicatio chriſti completa eſt.

REfert autē euꝫ
diuina ſcriptura omne doctri-
ne ſue tp̄s exegiſſe ſub pontifi-
cibus anna ꝛ caypha: quo ſcꝫ
anne pontificatus tempore incipiēte do-
cere ceperit: ꝛ vſqꝫ ad initiū cayphe per-
tenderit. In quibus ſpatijs vix toti qua-
tuor cōcluduntur anni. Legalib⁹ porro
preceptis iam per illud tempus vt ꝛ am-
bitione ceſſantibus nulli quippe pontifi-
catus honor vite vel generis reddebat.
Sed romana poteſtate alijs nunc: item
alijs ſumma ſacerdotij preſtabatur: ita
vt annuis ſucceſſionibus mutarentur.
A ¶ Deniqꝫ idem ioſeph⁹ refert qua-
tuor per ordinē vſqꝫ ad caypham pon-
tificatus officio poſt annam eſſe perfun-
ctos his verbis ſcribens. Ualerius gra-
tus anna ſacerdotio deturbatio iſmae-
lum pontificem deſignauit filium baſſi.
¶ Sed ꝛ hunc non multo poſt abiciens
elezarum ananie pontificis filium ponti-
ficatui ſubrogauit. Poſt annū vero etiā
hunc arcet officio: ꝛ ſimoni cuidam cay-
phe filio pōtificatus tradidit miniſteriū:
quo non amplius et ipſe quā vnius an-
ni ſpatio perfunctus ioſephum (cui ꝛ ca-
pas nomen fuit) accepit ſucceſſore ac per
hoc omne tempus quod dominus ꝛ ſal-
uator noſter in terris docuiſſe perſcribi-
tur intra quadrieni tēporis ſpatia coar-
tatur. In quo quatuor iſte quas ioſeph⁹
memorat ſucceſſiones pontificum cum
deſcribūtur vix per annos ſingulos mi-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

niſtrare. Conſonanter igitur ſecundum ea que ſcripſit cayphan pontificē anni illius quo ſaluator paſſus eſt etiā euangelij ſcriptura deſignat.

B ¶ Igitur dominus ⁊ ſaluator noſter non multo poſt initium predicatiōis ſue duodecim ex omnibus diſcipulos aſſumpſit. Quos et ceteris ſectatoribus ſuis preferens ſpeciali quodam electiōis priuilegio apoſtolos nominauit. Cuius nominis virtus miſſos indicat. Sed ⁊ alios poſt hos elegit ſeptuaginta duos ⁊ ipos binos per loca ⁊ vrbes ad quas ipſe acceſſurus erat premiſit.

¶ Capitulum. xiij. de Joanne baptiſta teſtimonium Joſephi: ⁊ quod aſſerit eum iuſtum fuiſſe ⁊ ob eius necē vindictam in iudeos eſſe prerogatam.

VErum breui interiecto tēpore Joannes baptiſta ab herode filio herodis capite punit. De quo et in euangelijs quidem refertur. Cōcord. vero teſtimonio etiā ioſeph⁹ de hoc ſcribit nominatim etiā de herodiade cōmemorans velut de cōiugio fratris philippi viuentis violenter abſtracta ⁊ ſuis ab herode inceptis nuptijs ſociata ꝓpria ⁊ legitima vxore depulſa: quam herodiadem filiam fuiſſe dicit arethe regis arabie: propter quam etiam ioānem baptiſtam ab eo commemorat interemptum. Bellum quoq; exortum inter arethā dicit ⁊ herodem tanq̄ ob ignominiam filie vindicandam. In quo bello exercitū refert herodis extinctū. Hec autem omnia accidiſſe propter piaculum quod in nece ioānis amiſit. Idem quoq; ioſephus iuſtiſſimum ſup omnes ioannem fuiſſe ſm euāgeliorum fidem ⁊ ab herode propter herodiadem capite ceſum refert. Propter quam etiam regno eū memorat eſſe depulſum atq; in exilium apud viam nam galilee vrbem truſuz. Hec in octauodecimo antiquitatum libro his ipſis quibus infra annotatum eſt ſyllabis ſcribit. Quibuſdam (inquit) iudeorū videbatur ideo periſſe herodis exercitū ꝙ in eum ſatis iuſte vltio diuina cōmota ſit pro vindicta Joannis qui vocatur baptiſta: quem puniuit herodes virum valde bonum: q̄ precipiebat iudeis virtuti operam dare iuſtitiam inter ſe inuicem cuſtodire: et in deū ſeruare pietatē per baptiſmum in vnū coire. Hoc enim pacto baptiſmum acceptabile fore: ſi nō ſolū ad abluenda peccata ſumatur: verum ⁊ ad caſtimoniam corporis atq; ad anime iuſtitiam purificationemq; ſeruetur: omniumq; pariter virtutum velut ſignaculum ⁊ cuſtodia quedā fidelis habeatur. Que cū ab eo precepta huiuſcemodi docerentur atq; ad audiendum eū per plurima multitudo concurreret: virtus herodis ne forte doctrine eius pſuaſione populi a ſuo regno deiecerūt (Videbat enim quod preceptis eius ac monitis obedire in omnib⁹ plebs eſſet parata) melius credidit priuſq̄ noui aliqd fieret anticipare hominem nece. q̄ poſtmodum turbatis rebus ſeram plenitudinem gerere. Ex ſola igitur ſuſpitione herodis vinctus in caſtelluz macheronta adducitur Joannes ibiq; capite obtruncatur. Hactenus de Joanne. Sed et de ſaluatore noſtro domino in eiſdem hiſtoriarum ſuarum libris eidē ioſeph⁹ ita ſcribit.

¶ Capitulū. xiiij. de teſtimonio ioſephi de chriſto.

FUit autem hiſdem temporibus ieſus ſapiens vir: ſi tamen eum virum nominari fas eſt: erat enim mirabilium operum effector doctorq; hominum eorum qui libenter que vera ſunt audiunt. Et multos quidem iudeorum multos etiam ex gentibus ſibi adiunxit Chriſt⁹ hic erat. Hunc accuſatione primorum noſtre gētis virorum cum pilatus in crucem agēdum eſſe decreuiſſet non deſeruit eos qui ab initio eum dilexerant Apparuit enim eis tertio die iterum viuus ſcdm ꝙ diuinit⁹ inſpirati ꝓphete vel hec vel alia de eo innumera miracula futura eſſe predixerant. Sed ⁊ in hodiernum diem xpianorum qui ab ipſo nuncupati ſunt ⁊ nomen perſeuerat ⁊ genus hic cū

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ipſe hebreoꝝ ſcriptor olim ſuis libris in=
ſerta tam de Joãne baptiſta ꝙ etiã de
dño ⁊ ſaluatore noſtro tradiderit: qđ vl=
tra effuſum. que excuſatio impudentibꝰ
et perfidis remanebit. Quominus de fal
ſitate geſtoꝝ q̃ poſtmodũ cõfixerũt aptiſ
ſime ꝯuincant. Sed de his iſta ſufficiãt.
B ❡ Apoſtolorũ aũt dñi ⁊ ſaluatoris
noſtri nomina q̃ referãtur ex ipſis euã=
gelijs omnibus palã eſt. Septuaginta
vero diſcipulorũ vocabula nuſꝙ quidẽ
reperimus ſcripta. Dicitur tñ vnus ex
ipſis eſſe barnabas. Cuius etiã in acti=
bus apoſtolorum mẽtio facta eſt. Sed et
paulus nihilominus ſcribens meminit
eius deniꝙ ipſum dicũt eſſe qui cum ſo=
ſthene ⁊ paulo corinthis ſcribit. Clemẽs
vero in quarto diſputationum libro ce=
phe mentionẽ facit de quo paulus dixit.
Cum aũt veniſſet cephas anthiochiam
in faciem ei reſiſtit. Et dixit eũ vnũ eſſe
ex ſeptuaginta diſcipulis cognomine pe
tri apoſtoli. Sed ⁊ mathiam ex ipſis eſſe
dicit: qui ꝓ iuda aploꝝ numero ſubroga
tus eſt ⁊ eũ qui cum ipſo eſt ſtatutus ad
ſortẽ. Tatheũ quoꝙ vnũ ex ipſis fuiſſe
tradũt. De quo ⁊ hiſtoriam que ad nos
vſꝙ ꝑuenit exponere neceſſarium duco.
Nã ⁊ plures quã ſeptuaginta fuiſſe di=
ſcipulos ſaluatoris īuenies: ſi obſerues
ea que paulus indicat dicens poſt reſur
rectionẽ apparuiſſe dñm primũ quidem
cephe: poſtea illis vndecim: et poſt hos
amplius ꝙ quingentis fratribus ſimul.
Ex quibus quoſdã dormiſſe dicit pluri=
mos aũt adhuc permanere eo tpe quo
hoc ſcribebat. Poſt etiã dicit eum viſum
eſſe iacobo qui erat vnus ex his qui fra=
tres ſaluatoris appellabãtur. Cum de=
inde tanꝙ preter hos duodecim ad eo=
rum tñ ſimilitudinem eſſent alij quidam
apoſtoli ſicut ⁊ ipſe erat paulus addit et
dicit. Poſtea apparuit apoſtolis omni=
bus. Nouiſſime autem viſus eſt ⁊ mihi.
Sed ⁊ de his iſta ſufficiant.

❡ Cap. xv. de narratione abagari rege.

Narratio vero quam de tatheo ꝓ miſimus hunc habet modũ Dñi et ſaluatoris noſtri ieſu xpi diuinitas cũ pro mirabili
virtutis opere per omnẽ locũ celebraret
in numeros tam de vicinis ꝙ de peregri
nis ⁊ lõge poſitis ꝓ remedioꝝ ⁊ cure vir
tutibꝰ inuitabat ſi qui ꝑcipue morbi ali
cuius egritudine laboraret. Unde ⁊ rex
quidã abagarus noie gentis vltra eu=
fratrẽ poſite principatũ nobiliter tenẽs
morbo quodã corpis irremediabili ꝗtũ
inter hoies tenebãtur. Qui cum de noie
ieſu ⁊ de mirabilibꝰ virtutũ eius audiſ=
ſet ſupplex ⁊ per epiſtolã ſanctus exorat
miſſo in rem homine diutini morbi vin=
culis qbus tenebat abſolui. Sed ad pre=
ſens qdam a dño corporis eius cura dif=
fertur. Dignus tñ efficitur reſcripto ple
ne ſaluatoris. In qua ſimul etiam ꝓmit
titur ei ꝙ nõ multo poſt deſiderij ſui cõ
ſequerẽtur effectum. Deniꝙ poſt reſur=
rectionem atꝙ aſcenſionẽ domini ad ce=
los Thomas apoſtolus ex cõmonitione
diuina tatheũ quedã vnũ ex ſeptuagin=
ta diſcipulis ad ediſſenam ciuitatẽ euan
geliſtã ⁊ ꝑdicatorẽ vbi dei emittit ſimul
⁊ que a dño promiſſa fuerãt impleturũ.
hoc in archiuis publicis ediſſene ciuita
tis in q̃ tũc ſupradictꝰ abagarus regna
uit: ita deſcripta reperimus i his char=
tis q̃ geſta regis abagari ſeruata anti=
quitus continebãt. Et vt euidens dicto=
rum veritas fiat ipſarũ exemplaria epi
ſtolarũ ex ſyriorũ lingua tranſlata pone
mus. Exemplar epiſtole ſcripte a rege
abagaro vel toparca ad ieſum et miſſe
hieroſolymam per ananiam curſorem.

C ❡ Capꝫ. xvj. de exẽplo abagari ad
dominum ieſum miſſe hieroſolymã per
ananiam curſorem.

Abagarus vehame filiꝰ to=
porca ieſu ſaluatori bono q̃
apparuit in locis hieroſoly=
morum ſalutem. Auditũ mi=
hi eſt ⁊ de te ⁊ ſanitatibus quas facis ꝙ
ſine medicamentis aut herbis fiant iſta
parte: ⁊ ꝙ verbo tãtũ cecos facis videre
claudos ambulare ⁊ leproſos mundare
⁊ immũdos ſpũs ac demõia eijcis. ⁊ eos
qui longis egritudinibus affligũtur cu
ras ⁊ ſanas. Mortuos ꝗꝙ ſuſcitas. Qui
bus oibus auditis id ſtatui in aio meo.
vnũ eſſe de duobus aut ꝙ tu ſis deus ⁊
deſcende

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

deſcẽderis de celo vt hec facias aut ꝙ fi-
lius dei iis qui hec facis. Propterea ego
ſcribẽs rogaueriꝫ te: vt digneris vſqꝫ ad
me fatigari ⁊ egritudinẽ meã qua iãdiu
laboro curare. Nã ⁊ illud ꝯperi ꝙ iudei
murmurãt aduerſum te ⁊ volũt tibi inſi
diari. Eſt aũt ciuitas mihi parua ꝗdem.
ſed honeſta que ſufficiat vtriſqꝫ.

¶ Exemplũ reſcripti ab ieſu ꝑ ananiam curſorem ad abagarum toparcam.

¶ Capitu. xvij. de exemplo reſcripto ab ieſu per ananiam curſorem ad abagarum toparcam.

Beatus es qui credidiſti i
me cũ me ipſe non videris.
Scriptũ eſt em̃ de me. q2 hi
ꝗ me vident non credent in
me: ⁊ ꝗ nõ vidẽt me ipſi credent: ⁊ viuẽt.
De eo aũt ꝙ ſcripſiſti mihi: vt veniã ad
te oportet me oĩa ꝓpter ꝗ miſſus ſuꝫ hic
explere: ⁊ poſtea ꝙ̃ impleuero recipi me
ab eo a ꝗ miſſus ſum. Cũ ergo fuero aſ-
ſumptus mittam tibi aliquem ex diſcipu
lis meis vt curet egritudinẽ tuam ⁊ vitã
tibi atqꝫ his qui tecum ſunt preſtet.

B ¶ Erat aũt his epiſtolis adiunctũ
etiam hoc lingua ſiriorũ ꝙ infraſcriptũ
eſt. Poſtea vero quam ieſus aſſumptus
eſt miſit ei iudas qui et thomas tatheũ
vnũ ex ſeptuaginta. Qui cũ veniſſet. ma
nebat apud thobiam filium thobie. Ut
aũt audiuit de eo abagarus ⁊ nuntiatũ
eſt ei qđ veniſſet apoſtolus ieſu ſecundũ
qđ ei ſcripſerat. Cũqꝫ cepiſſet tatheus in
virtute dei curare omnẽ langorẽ ⁊ infir-
mitatẽ ita vt oẽs mirarent̃. Abagarus
ꝯſideratis mirabilibꝰ que faciebat recor
datus eſt ꝙ ipſe eſſet de ꝗ ſibi ieſus ſcri-
pſerat dicẽs. cũ aũt fuero aſſumptꝰ mit-
tã tibi aliquẽ ex diſcipulis meis ꝗ egritu
dinẽ tuam ſanet. Et vocãs ad ſe thobiã
apud quẽ manebat ait ad eum. Audiui
ꝙ vir quidã potẽs venit ⁊ manet in do-
mo tua: adduc eum ad me. Cũqꝫ rediſſet
tobias ad tatheum dixit ei. Abagarꝰ to-
parca vocauit me ad ſe ⁊ dixit mihi vt te
ad eũ ꝑducam vt cures eum. ⁊ tatheus.
Ueniam inquit quoniaꝫ maxime ꝓpter
ipm miſſus ſum. Poſtea igit̃ die tobias
mane aſſumpto tatheo venit ad abaga
rũ. Et cũ fuiſſet ingreſſus p̄ſentibꝰ ꝑmã
tibꝰ ſuis ſtatim in ingreſſu viſuꝫ eſt. ab-
agaro diuini neſcio ꝗd ſplẽdoris in vul-
tu apoſtoli tathei. Qđ cũ vidiſſet abaga
rus adorauit tatheũ. Sup̄ quo ammira
ti ſunt oẽs ꝗ aſſiſtebãt regi. Ipſi em̃ nihil
hoꝝ videbãt: q2 ſoli abagaro fuerat oſtẽ
ſum ꝗ ⁊ dicere cepit ad tatheũ. Uere di-
ſcipulꝰ es ieſu filii dei. ꝗ mihi dixerat: mit
tã tibi aliquẽ de diſcipulis meis qui te
curet ⁊ vitã tibi p̄ſtet: ⁊ tatheꝰ rñdit. Q2
magnifice credidiſti eũ ꝗ me miſit ꝓpter
ea miſſus ſuꝫ ad te: ⁊ ſi ꝑmanſeris i fide
eius ⁊ credulitate. p̄ſtabunt̃ tibi omnia
deſideria cordis tui. Tũ abagarus ad
eũ. Uſqꝫ a deo inꝗt credidi ei vt: ⁊ iudeos
ꝗ eũ crucifixerunt velim ſi vlla mihi ad
eſſet tãta exercitꝰ copia trucidare: ⁊ ſi nõ
romani regni autoritas impediret. ⁊ ta
theus ait ad hec. Dñs nr̃ volũtatẽ pr̃is
ſui impleuit. Qua ĩpleta aſſumptus eſt
rurſus ad pr̃em. Dicit ei abagarꝰ. Ego
ſcio. ⁊ credo in eũ ⁊ ĩ patrẽ eiꝰ: ⁊ tatheꝰ ꝓ
pter inꝗt. pono manũ meã ſup̄ te ĩ noĩe
eiꝰ ⁊ cũ hoc feciſſet: ſtatim oĩs egritudi-
nis morbo quo tenebat̃ abſoluit̃. Mira-
tus eſt abagarus ꝙ ſicut verbis audie-
rat de ieſu ita ⁊ rebꝰ ⁊ operibꝰ reperit ꝑ
tatheũ diſcipulũ eius impleri qui eum
abſqꝫ medicamentis et herbis curaret.

C ¶ Non ſolum aũt illum: ſed et ab-
don quẽdã abdie filiũ podagra laborã-
tem cũ ſe veſtigiis eius aduolaret manꝰ
impoſitione ſanauit. multoſqꝫ alios vr-
bis illiꝰ ciues variis obeſſos ſanauit in-
cõmodis. Et ſic opera magna ⁊ admirã
da ꝑficiẽs p̄dicabat verbũ dei. Poſt hoc
aũt abagarus ait ad tatheũ. Tu inquit
cum virtute dei hoc facis et nos omnes
vidẽtes miramur. Uerũ queſo te narra
mihi de aduentu ieſu qũo factus ſit ⁊ de
v̄tute eius in qua faciebat hec ꝗ audiui.
Et tatheus. Nunc ꝗdẽ tacẽã veꝝ q2 vẽr
bo miſſus ſum p̄dicare craſtino ꝯgrega
mihi oẽs ciues tuos ⁊ coram ipſis p̄dica
bo ⁊ ſeminabo in eis verbũ vite vel ad-
uentus ieſu qũo fuit et cur ⁊ ꝗ̃ de cauſa
miſſus eſt a pr̃e: ⁊ de virtutibꝰ operũ eiꝰ
vel de miniſteriis que locutus eſt in hoc
mũdo ⁊ in qua virtute hoc fecit. Sꝫ ⁊ de
nota eiꝰ p̄dicatiõe ⁊ quod ita paruulũs

et humilis ⁊ quomodo ita ſe humiliauit
⁊ depoſita maieſtate paruifecit deitatē
ſuā ita vt ⁊ in crucē ſubigeret ⁊ i infernū
deſcēderet ⁊ dirūperet ſepē quā a ſecu=
lis nemo dirupat ⁊ mortuos ſuſcitaret.
Qui deſcēdit quidem ſolus aſcendit aūt
cū grandi multitudine ad patrē ſuum.
Juſſit ergo abagarus vt mature omnes
ciues cōuenirent ⁊ audirent ꝑdicationē
tathei. ⁊ poſt hoc iuſſit dari ei aurū ⁊ ar=
gētū: ſed ille nō accepit dicēs. Si noſtra
derelinquim⁹ quomō accipimus aliena.
Necnō inutiliter vt puto a nobis adver
bum ex ſyrorū lingua interpreta. hūc in
noſtris libris tenebunt locum.

¶ Explicit liber primus.

# Incipit liber ſcđs.

QUecūq; oportuit
veluti i pri
cipijs eccleſiaſtice hiſto=
rie deſignari: ſiue đ diuini
tate ſaluatoris ſiue de an
tiq̄tate nr̄e religiōis ac ve
tuſtate doctrine ⁊ vt olī tradita ſit chri=
ſtianoꝝ que nouella videtur inſtitutio:
ſed ⁊ de aduētu ipſi⁹ dñi ⁊ ſaluatoris no
ſtri nuꝑ impleto ac paſſionibus cōſum=
mato de apoſtolorum quoq; electione ſu
periore libello quanta potuimus breui=
tate ꝯſtrinximus. Age iam nūc que etiā
poſt aſcenſionem eius conſecuta ſunt vi
deamus: partim diuinarum ſcripturaꝝ
teſtimonijs edocentes: partim extrinſe=
cus ex his que fideliter in commētarijs
q̄ ad memoriā poſteritatis inuenti ſunt
comperimus approbantes.

¶ Cap. ꝑmū de vita ⁊ inſtōne apoſto
loꝝ poſt aſcenſionem chriſti.

PRimus igitur
in apoſtolatū pro iuda prodi
tore mathias ſorte ꝯciſcitur:
qui erat vnus ex diſcipulis
domini ſicut ſupra demonſtratum eſt.
A ¶ Ordinantur autem ⁊ diaconi ſe
ptē numero ꝑ orationes ⁊ manus impo
ſitionem apoſtolorū miniſterij viduarū
gratia in quib⁹ ſtephan⁹ q̄ ⁊ prim⁹ poſt
dñm ſtatim poſt ordinationē ſuā lapida
tur ab his q̄ ⁊ dñ₃ occiderūt: ⁊ ꝑ qđ ⁊ nō
minis ſui ſtephano corona donat᷑ a xp̄o.
Tūc deinde iacobū q̄ dicebat᷑ frater dñi
ꝓ eo q̄ eſſet fili⁹ ioſeph q̄ xp̄i quaſi pater
habebat᷑: qm̄ q̄dē deſpōſata ei fuerat vir
go maria: que priuſq; ꝯueniret cū eo in=
uenta eſt in vtero habens de ſpū ſancto
ſicut euāgelia ꝓteſtant᷑. Hūc inquā ipm̄
iacobū (qui ⁊ iuſtus cognominat⁹ eſt ab
antiquis) virtutum merito ⁊ inſignis vi
te priuilegio primū hiſtorie tradiderūt
ſuſcepiſſe eccleſie q̄ hieroſolymis eſt ſe=
dere: ſicut clemens in ſexto diſpoſitionū
libro aſſerit dicens. Petrus em̄ inquit ⁊
iacob⁹ ⁊ Joannes poſt aſſumptionē ſal=
uatoris q̄uis ab ipo fuerint oībus pene
ꝑlatixī nō ſibi vēdicāt primatus gloriā
ſed iacobū qui dicebat᷑ iuſtus apoſtoloꝝ
epiſcopum ſtatuunt. Idē quoq; in ſepti=
mo eiuſdē operis libro addit de ipo etiā
Hec Jacobo inquit qui dicebat᷑ iuſtus ⁊
Joāni ⁊ petro poſt reſurrectionem dñs
oēm ſciētiā tradidit: ⁊ ipſis ceteris aplis
qui apoſtoli illis ſeptuaginta diſcipulis
tradiderūt: ex quib⁹ vnus erat ⁊ barna
bas. Duos autem fuiſſe iacobos cōſtat.
Unum hunc iuſtū qui de pinna tēpli de
tectus fullōis vecte percuſſus eſt ⁊ mor=
ti traditus. Alius aūt eſt ille q̄ ab hero=
de capite ceſus eſt. Huius ergo iuſti Ja=
cobi etiam paulus meminit cum ſcribit.
Alium aūt inquit apoſtolorum vidit ne
minem: niſi iacobum fratrē domini. In
hoc ergo tempore etiam tatheus de quo
ſupra memorauimus ſcđm dñi ꝑceptū
ad regem abagarum miſſus ipſum qui=
dē egretudine morbi corꝑalis abſoluit.
Uniuerſam vero ciuitatem edeſſenorū
xp̄o domino fidelis ſatis crudelitate ſo=
ciauit. ita vt in hodiernū die ciuitas illa
(quippe que ipſius domini ⁊ ſaluatoris
meruit ſcripta ſuſcipere) velut ſpeciali
quadam chriſto deuotione dicata ſit.
B ¶ Interea perſecutio prima aduer
ſus eccleſiā dei q̄ hieroſolymis facta eſt
ſub primo martyre ſtephano oēs diſci=
pulos (exceptis duodecim) ꝑ vniuerſam
iudeā ſamariāq; diſperſit ſeu potius: vt
ſancta ſcriptura indicat diſſeminauit.
Ex q̄b⁹ nōnulli ad fenicē: ⁊ vſq; ad cyprū

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

atq; anthiochiā deuenerūt qui gētib⁹ q̄-
dem credere myſterū fidei nondū aude
bant iudeis tamen predicabāt. Interea
ſaulus adhuc vaſtabat eccleſiam ingre-
diens domos ⁊ pertrahens viros ac mu
lieres tradebat in carcerē. Sʒ philipp⁹
liorum etiā ad ipſum notitia perueniſſet
pbaſſe quidem dicit fidem ⁊ veritatē di=
ctorum. Deeſſe tñ vidit aliquā:⁊ ea ma=
xime que primo predicatiōis ſue tēpore
dñs geſſerat. Certum eſt enim ꝙ in ſupe
rioribus tribus euāgelijs: hec videntur
ſola ꝯtineri:q̄ ab eo geſta ſunt anno quo
ioannes baptiſta vel incluſus eſt in car=
cere vel punitꝰ. Deniqꝫ ſi obſerues:ſta=
tum in initio narrationis poſtea quā re
fert mattheus de quadraginta dierū ie
iunio:et de tentatione eius cōtinuo ſub=
ijcit dicens. Audiens autem quia ioan=
nes traditꝰ eſt diceſſit de iudea et venit
in galileam. Sed et marcus ſilr̄ poſtea
ꝙ inquit traditus eſt ioannes:venit io=
annes in galileam. Lucas vero etiam
priuſqꝫ incipiat aliq̄d de actibus refer=
re ieſus dicit quia adiecit herodes ſuper
omnia mala q̄ geſſerat ⁊ ꝯcluſit ioanneꝫ
in carcerem. Quia inqꝫ ab his hec vide=
bantur omiſſa:rogatus ē ioannes apl̄s
vt ea que preteriebant priores ante tra=
ditionem ioannis ſaluatoris geſta con=
ſcriberet. Et ideo dicit in euangelio ſuo
hoc fecit initium ſignorum ieſus. Et ite=
rum in alio loco indicat dicens. Nondū
enim ioannes miſſus erat in carcerem.
Ex quibus cōſtat ꝙ ea que anteqꝫ ioan=
nes traderet ab ieſu fuerāt geſta deſcri
bit. Et ideo ſi q̄s hoc diligentiꝰ cōſideret
euidenter inueniet non ſibi euāgelia diſ
ſonare:ſed alteriꝰ tp̄is geſta eſſe que ſcri
bit ioannes: alteriꝰ vero q̄ ceteri. Unde
qꝛ natiuitatem ſm̄ carnem ſalutoris vel
mattheus vel lucas deſcripſerat irreti=
cuit hoc ioannes: et a theologia atqꝫ ab
ipſa eiꝰ diuinitate ſumit exordiū. Que
pars ſine dubio ipi velut eximio per ſpm̄
ſanctum reſeruata eſt. Hec etiā de euā=
gelio Joannis dicta ſint. ¶ De marci ve
ro euangelio ſufficienter ſupra compre=
henſum eſt. Lucas vero in initio euan=
gelij ſui cauſam cur ſcriberet indicauit.
Uidelicet quoniā multi alij temere pre
ſumpſerant enarrare: que ſibi magis
erant ad liquidum comperta. Uolens er=
go abſtrahere nos a ceterorum narra=
tionibus fidem facit per ſe conſcripte ve
ritati:certus ꝙ eam vel paulo exponen
te: vel alijs apoſtolis qui ab initio ipſi
viderant ac ſibi tradiderant conſecutus
ſit:⁊ hanc nobis per proprium euange=
lium tradat. Hec a nobis etiam de luca
breuiter dicta ſint. Oportunius vero et
plenius in tempore inſertis ijs que an=
tiqui autores ſcripta reliquerunt vt ſe
cuncta habeant indicabimus. Joannis
tamē extant preterea ⁊ epiſtole de qua=
rum prima neqꝫ ab antiquis vnqꝫ a po=
ſteris dubitatum eſt. De reliquis vero
duabus:et de reuelatione etiam nūc an=
ceps ſententia habetur. De quibus vt
dixi et a veteribus dubitatum ſuis in lo=
cis ipſorum vocibus approbabimus.
B ¶ Ut ergo (quando quidem in hos
deuenimus locos) omnem noui teſtamen
ti canonem deſignemus. Primo nobis
omnium euangeliorum celeſtis quadri=
ga iungatur. His actus apoſtolorum co
puletur. Poſt hos pauli epiſtole ſocien=
tur. Conſequantur vero has prima io=
annis epiſtola. Similiter et petri pri=
ma. Hec ſunt de quibus nulla vnqꝫ pror
ſus extitit dubitatio. Sequenti loco iam
ſunt illa de quibus a nonnullis dubita=
tum eſt. Reuelatio ioannis de qua quid
ſinguli veterū ſenſerint ſuis in locis oſtē
demus. Et epiſtola iacobi ſed et iude. Pe
tri quoqꝫ ſecunda:et item ioannis ſecun
da et tertia ſiue he ipſius euangeliſte:
ſiue etiam alterius eius cognominis
oſtendantur. Poſt hec iam ſcriptura eſt
que dicitur actus pauli. Sed et libellus
qui appellatur paſtoris et reuelatio pe
tri:de quibus quam maxime dubitatur:
fertur etiam barnabe epiſtola et doctri
na que dicitur apoſtolorum. Quidam
autem his ſociant etiam euangelium
quod dicitur ſecundum hebreos. Quo
precipue vtuntur illi hebrei qui chriſtuꝫ
ſuſcipere videntur:ſed in eccleſia ei con=
tradicitur. Que omnia tamen a nobis
neceſſario enumerata ſunt:vt abſqꝫ vlla
ambiguitate clareſceret que ſint in veri
autoritate que ſint in quibus vel cōtra=
dictio aliqua: vel etiam cunctatio: cum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tamē a quāplurimis eccleſijs recipiant
ſoleat admitti. Sed ⁊ de eis ſciēdum eſt
que ſub noīe apoſtolorū ab hereticis ꝓ
feruntur: velut petri ⁊ Thome ⁊ Mat-
thie ⁊ ceterorum ſimiliter apoſtolorum q̄
appellant euāgelia. Sed ⁊ andree ⁊ Jo-
annis atq; aliorum apoſtolorū actus q̄ꝰ
nuſq; prorſus in ſcripturis veterum: eo-
rum dumtaxat qui apoſtolis ſucceſſerūt:
aliqua mentio eorum aut cōmemoratio
habetur. In quibus ⁊ ipſe ſtilus multū
ab eccleſiaſtica conſuetudine deprehen-
ditur eſſe diuerſus. Senſus quoq; ipſe ⁊
omnia que in his inſeruntur longe ab
apoſtolica diſſonant fide. Et quo figmen
ta eſſe prauitatis heretice comproban-
tur. Unde non inter illa quidem de qui-
bus dubitari diximus collocanda ſunt:
ſed vt aliena penitus et a pietatis regu
la diſcrepantia propellenda. Uerum ad
hiſtorie ordinem redeamus.

### ¶ Capitulū. xix. de menandro mago.

HUic Simoni
mago menander ſuccedit: ſcu
tum diaboli non inferius pri-
mo. Et ipſe ſamarites gene-
re. In arte autem magica ſolus reper-
tus eſt: qui non modo equiparare: ſed et
ſupergredi impietatem magiſtri poſſet.
Maioribus quippe portentis efferceba-
tur ſemetipſum ſaluatorem dicens ad ho
minum ſalutem de celeſtibus ⁊ inuiſibili
bus ſeculis deſtinatum. Aſſerēs non ali-
ter poſſe vnumquēq; angelos ſeculi vin
cere: niſi prius a ſemet magice artis per
ordinem ſuſciperet diſciplinam: ⁊ per ba
ptiſmum a ſe datum immortalis et eter-
nus effectus in hac vita perpetuus fie-
ret: que omnia ex libris Hyrenei volen-
tibus ſcire perfacile eſt. Sed et iuſtinus
in his ipſis in quibus Simonis fecerat
mentionem: etiam de hoc talia quedam
ſcribit. Menandrum quendam ſamari-
tanum ex vico cappa ratthea ſimonis
diſcipulum: ſtimulis demoniacis incita-
tum veniſſe antiochiā ⁊ quamplurimos
per artem magicam decepiſſe ſcimus:
qui hoc etiam ſuadere potuit ſectatori-
bus ſuis: quod non eſſent morituri. Ex
quibus in hodiernum ſunt aliqui ex illo
eadem confitentes: quod eſt vere diabo-
li commentum vt homines magi chriſtia
norum ſibi nomen imponerent: quo per
hoc ſanctum et venerabile religionis no
ſtre myſterium macularent: qui tamen
irrident et ſpernunt eccleſiaſtica dogma
ta: vel de immortalitate anime: vel de re
ſurrectione mortuorum. Uerum hi tali-
bus freti autoribus de ſpe ſalutis ⁊ vi-
te penitus exciderunt.

### ¶ Capitulū. xx. de ſecta ebioniorum.

SEd ⁊ alios
idem demon quos ab
amore chriſti ſeparare
non poterat: alia nihilo
minus arte decepit: id
eſt ebionios q̄ interpre-
tantur pauperes. Uere enim pauperes
ſunt ⁊ egeni in ſciētia glorie chriſti. Quo-
niam quidem ſolum eum hominem pu-
tant: ⁊ per profectum vite ac virtutis vi
rum iuſtum effectum. Cōmuni etiam na
tiuitate ex viro ⁊ femina procreatū. Cu-
ſtodiam vero cenſentes etiam legis ob-
ſeruantiam nec ſufficere ad ſalutem ſolā
chriſti eſtimant fidem. Quidam tamē ex
ipſis refugiunt hanc impietatem: vt ex
viro ⁊ femina aſſerant eum natum: ſed
confitentur de ſpiritu ſancto ⁊ maria vir
gine. Nec tamen ſemper eum fuiſſe deū
et verbum ac ſapientiam dei fatentur.
Corporalem vero legis obſeruantiam
cuſtodiūt. Apoſtoli autem epiſtolas om-
nes pariter reſpuunt: et ipſum apoſtatā
legis appellant. Utuntur et euangelio
vno quodam quod ſecundum hebreos
appellatur. Cetera omnia nihil ducunt.
Sabbata cum iudeis ſecundum legem
nobiſcum dominicam diem ſacratam ꝓ
reſurrectione domini obſeruant. Unde
competēter ebionite pro paupertate in-
telligentie compellati ſunt.

### ¶ Capitu. xxi. de cherintho heretico.

ISdem tēpo
ribus etiam alterius he-
reſeos obortum principē
cherinthum accepimus.
De quo gayus cuius iam
in ſuperioribus fecimus mentionē: in di-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſputationū ſuarū dialogo ita ſcribit Sꝫ
et cherinthus inquit per reuelationes
quaſdā quas velut a magno apoſtolo
conſcriptas ⁊ per angelos ei reuelatas
putaret: alia quedā portenta nobis in-
troducit. Poſt reſurrectionē terrenum
dicit futurū eſſe regnū xpi in hieruſalē.
Et hoies in carne iterū cōcupiſcentiꝭ ⁊
vitꝭs ſubiectā cōuerſationē habituros
Contra fidē quoqꝫ ſcripturarū quoſdā
mille annos deſignat: in quibus multa
quidē ⁊ alia corruptiōis opera ⁊ nuptia
rum feſtiuitates dicit futuras: ad eoſq̄
libidini ſunt dediti decipiendos. Sed et
dionyſius cum de Joānis reuelatione
diſſereret: ⁊ quedā ſm ea que antiq̄tus
eccleſie tradita fuerant diſputaret: mē-
tionē facit huiꝰ ipſius viri in his verbis
Cherinthus inq̄t a quo ⁊ cherinthiana
hereſis oborta eſt: figmenti ſui autorita
tem magni nominis acquirere: ſecundū
ſcripture huius prauam intelligētiam
geſtiebat. Quippe cuiꝰ hec erat hereſis
vt affirmaret terrenū futurū eſſe xpi re-
gnum. Et q2 erat ventri et gule ac libi-
dini deditus ea futura decernebat: que
ſibi propria libido dictabat. ventris ⁊ eo
rum q̄ ſub ventre ſunt incitamēta: cibis:
potibus: nuptꝭs: predicabat explenda.
Et vt aliquid ſacratius dicere videre-
tur legales agebat feſtiuitates rurſum
celebrandas: et hoſtias carnales iterū
iugulandas. Hy:eneus vero ſecretiora
ipſius heretici in primo operis ſui libro
publicauit. Que inde diſcat ſi quid ple-
nius ſcire vult.

¶ Capitulum. xxij. de nicolao ⁊ hereſi
nicolaitarum.

SEdet alia here
ſis que appellatur Nicolai-
tarum perpauco tempore
tenuit. Cuius etiam in reue-
latione Joannis mentio facta eſt. Iſti
nicolaum vnū ex illis qui cum ſtephano
ab apoſtolis cōſtituti ſunt diaconi: auto
rem ſe habere iactabant. Sed clemens
alexādrinꝰ i tertio libro ſtromatū: hec de
eo ſcribit. Pulchrā inq̄t valde hic vxorē
habuit: ⁊ poſt aſcēſionē dñi ⁊ ſaluatoris
noſtri cū increparet ab aplis tanq̄ de
zelotipie iniuria productā in mediū vxo-
rem ſuā ſi quis eā vellet habere permi-
ſit. Ex qua occaſione iſti ꝯſis putauere
vt ſm hoc factum vel dictum Nicolai
vnuſq̄ſqꝫ carne ſua in q̄ delectaret abu-
teretur. Et obtinentes dictum vel factū
ſimpliciter vel innocenter: abſqꝫ vlla re-
uerentia promiſcuos nūc ⁊ illicitos con-
cubitus expetūt: hi qui ſub illiꝰ nomine
ſectā ſibi ꝓprie libidinis aſſumpſerunt.
Mihi aūt cōpertum eſt nicolaū nullam
prorſus agnouiſſe mulierem preter eā
quā in matrimonio acceperat. Cuius
etiā liberi: femine quidē vſqꝫ ad vltimā
ſenectutem caſta virginitate durauerūt
filius aūt ipſiꝰ ſanctitatē incorrupti cor-
poris cuſtodiuit. Que cū ita ſe habeant
cōſtat illud qđ in medio aploꝝ ꝓ zelo
tipie ſuaſione ꝓducit vxorē: ex contem-
ptu vitꝭ vel libidinis geſtum: quo ꝑ hec
cōtinentē ſe oſtēderet eiꝰ rei quā nimie
putabatur expetere: continendā magis
q̄ expetendā carnis edocēs voluptatem.
Qm̄ quidem nolebat vt opinor ſm ſalua
toris preceptum duobus dñis ſeruire: li-
bidini ⁊ deo. Dicunt autē etiā Mathiam
ita docuiſſe aduerſum carnem pugnādū
et in nullo prorſus voluptati eius ac libi
dini cōcedendum. Animā vero alendā ſa
pientie paſtibus ⁊ ſcientie cibis in maiꝰ
ſemꝑ augendam. Hec de illis hereſibus
que tꝑibus memoratis a veritate decli-
nātes cito extincte ſunt retuliſſe ſufficiat.

¶ Capl'm. xxiij. q' apli nō ſunt aſpernati
nuptias.

CLemens ſane hic
cuius vo
ces annotauimꝰ: ſcribēs ad-
uerſꝰ eos q̄ nuptias ſpernūt
iter cetera ēt hec dicit. An ⁊
aploſ iꝓbāt Petrꝰ ⁊ eñ ac philippꝰ et
vxores habuerāt ⁊ filias ēt viris nuptū
dederūt. Sꝫ ⁊ paulū nō tedet aplm i q̄dā
epl'a ſua mētionē vt ſalutationē facere cō
paris ſue quā ſe iō negat circūducere: vt
ad ꝑdicationem euāgelꝭ expeditior fiat.
Verum qm̄ clementis fecimus mentionē
abſurdum nō erit aliā quoqꝫ eius memo
rabilem narrationem proferre quam in
ſeptimo eiuſdeꝫ operis libro ita inſeruit.
Aiunt inquit beatum Petrum cū vidiſ-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſet vxorem ſuã duci ad paſſionẽ gauiſuȝ eſſe electionis gratia ac reuerſionis ad propriam domũ: exclamaſſe poſt eam cũ duceretur: ac proprio nomine cõpellantem dixiſſe. O coniunx memento domini. Talia erãt ſanctorũ coniugia: tam perfecta fuit affectio beatorũ.

¶ Cap. xxiiij. de Joã. ⁊ philippi obitu.

Igitur q̄ de vite exitu petri vel pauli iam in ſuperioribus explanauimus: ſed ⁊ tẽpus Joãnis quo vita exceſſit ex parte iam diximus: nunc etiã de loco quietis ſcd̃m fidem Polycratis Epheſij epiſcopi edocere conueniens puto. Hic etenim polycrates victori epiſcopo vrbis Rome ſcribens: et ipſius et philippi apoſtoli ac filiarum eius pariter meminit dicens. Sicut iam ſuperius inſeruimus quod magna lumina in Aſie partibus dormierunt: que reſuſcitabit dominus in nouiſſimo die aduentus ſui cũ venerit in gloria: et requiret omnes ſanctos ſuos. Dico autem de Philippo: inquit qui fuit vnus ex apoſtolis qui dormiuit apud Jerapolim. Sed et due eius filie mihi virgines conſenuere: et alia eius filia ſpiritu ſancto repleta permanſit apud Epheſum. Et Joannes ille qui ſupra pectus domini recumbebat qui fuit ſacerdos dei pontificale petalum geſtans martyr ⁊ doctor optimus apud Epheſum dormiuit. Hec etiam de locis: in quibus requieſcunt in ſummo pacis: adiecſſe ſufficiat. Sed et gayus: cuius ante mẽtio facta eſt in dyalogo ſuo: quẽ cum proculo diſputans ſcribit: de filiabus Philippi ſimul et obitu ipſius: conſonis vocibus memorat dicẽs. Poſt hoc autem prophetiſſe quatuor fuerant philippi filie: cuius ſepulchrum eſt apud Jerapolim Aſie vrbem vna cum filiabus ſuis. De his autẽ et Lucas in actibus apoſtolorum meminit: cum adhuc apud ceſaream degerent: dicit ergo ita. Uenimus inquit ceſaream: et ingreſſi in domum Philippi euangeliſte qui erat ex ſeptẽ manſimus apud eum. Huic autẽ erãt virgines filie quatuor prophetantes. His igit a nobis de apoſtolorũ tpibus vel exceſſib⁹ ꝓut potuimus ex ſcripturis veterũ cõgregatis. Sȝ ⁊ de ſcripturarũ canonicarũ q̄ in autoritate habeantur libris vel qui penit⁹ repudientur. Qui vero medij quodãmodo ad inſtructionem ab eccleſijs nõ etiã ad indubitantẽ autoritatẽ recepti ſint ꝯſequenter expoſitis tẽdamus ad cetera.

¶ Cap. xxv. quomõ Symeon hieroſolymorum ep̃s mortem pro chriſto conſtantiſſime pertulit.

Poſt Neronem Domitianũq̄ ſub hoc cuius nunc tpa memoramus: p ſingulas ciuitates ex inſolẽtia populi perſecutionem in noſtros accepimus motam.

A ¶ Quo in tpe etiã Symeon Cleophe filius (quẽ ſcd̃m hieroſolymis ordinatũ Ep̃m ſupra edocuimus) per martyrium carnis vinculis reſolutus eſt. Horum aſtipulator: ipſe ille eſt Egeſippus: quẽ in pluribus iam ꝓduximus teſtem. Js ergo refert: q̄ a q̃buſdã hereticis accuſatus ſit ſupradict⁹ vir tanq̄ xpianus ⁊ multis ſupplicijs afflictus p multos dies: ita vt etiã iudex ipſe cũ amicis ſuis de eius patiẽtia miraretur. Et ad vltimũ iuberet ſimili eũ qua dñs pertulit paſſionẽ vitã finire. Sed ⁊ ipſa verba q̃bus hec ꝓteſtat addere gratius puto. Ait ergo cũ de hereticis diceret. Ex his igit ipſis accuſauerũt quidẽ ſymeonem cleophe filium: tanq̄ qui eſſet ex genere dauid ⁊ xpianus. Et ita martyr effectus eſt: cum eſſet annorũ centum viginti ſub traiano Ceſare apud atticum conſularem. Addit aũt etiã hoc q̄d accuſatores eius cũ in illis tpibus perquirerentur ſi qui ex genere dauid et ex regia tribu deſcenderent cõprehenſi ſunt inter ipſos. Q̄d aũt ſymeõ vnus fuerit ex ipſis auditoribus dñi: vel longeuitas eius inditio eſt vel euangeliorũ fides vbi etiã mater eius maria cleophe vxor refertur. Sed ⁊ alios quoſdã idẽ ſcriptor refert preter eos de q̃bus dixim⁹ nepotes. Jude vni⁹ ex fratrib⁹ dñi p idẽ tps ſupſtites inuẽtos et domitiani temporibus martyres factos hoc modo ſcribens. Ueniunt igitur hi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur hi ⁊ preſunt omni eccleſie tanq̃ mar-
tyres et propinqui dñi: et reddita pace
eccleſie permanſerunt vſq; ad tempora
traiani ceſaris: vſq; quo cõſobrinus do-
mini Symeon (de quo ſupra diximꝰ) fi-
lius cleophe calumniam pateret̃ ab he-
reticis tanq̃ chriſtianus conſulari de-
latus. Cũq; multo tp̃e ſupplicijs fuiſſet
affectus martyrio cõſummatus eſt: om-
nibus qui aderãt ⁊ ipſo iudice miranti-
bus vt centum viginti annorum ſenex
crucis ſupplicium pertuliſſet.

B ¶ Poſt hec idẽ ſcriptor addit etiã
hoc qđ vſq; ad illa tempora virgo mun-
da ⁊ immaculata ꝑmanſit eccleſia. Cor-
ruptoribus veritatis et diuini verbi te-
meratoribus aut nunq̃ omnino extan-
tibus aut etiã ſi quid forte fuerãt in oc-
cultis et abditis hiatibus terre delite-
ſcẽtibus. vt vero ⁊ apoſtolorũ chorus et
omnis illa etas que a domino ſuſcepe-
rat viue vocis auditũ de hac luce diſceſ-
ſit. tum velut in vacuam domũ falſe do-
ctrine impius ſe error immerſit et tanq̃
vbi nullus: iã diuini cenſus defenſor exi-
ſteret. nudato vt aiũt capite corripien-
tes arma mẽdacij oppugnare apl'icam
veritatẽ nitunt̃. Sed iſtud bellũ intrin-
ſecus gerebat̃. Perſecutionũ vero extrin
ſecus pondus vrgebat eccleſiam ⁊ eam
immenſe caterne martyrũ quotidie iu-
gulabant̃. vt pliniꝰ ſcđs qui tũc prouin-
ciaꝫ amminiſtrabat multitudine inter-
emptoruꝫ ꝑmotus referret ad impera-
torem q̄ innumera hoĩm milia quotidie
obtruncarent̃: in quibus nihil omnino
ſceleris deprehenderent̃ admiſſum. aut
aliquid contrariũ romanis legibus ge-
ſtum niſi hoc ſolũ q̄ ante lucanos hym-
nos chriſto cuidam canerent deo. Adul-
teria vero vel cetera huiuſmodi crimi-
na apud eos illicita haberi ⁊ penitꝰ ar-
ceri. Cetera vero ſecundum leges eos
agere communes.

¶ Capitulũ vigeſimum ſextum. q̄ traia
nus xp̃ianos vetuerit inquiri.

**A D quem tunc**
Traianus reſcripti ſui auto
ritate decernit. vt chriſtiani
nõ quidẽ requirant̃ ſi qui tñ
inciderint puniant̃ ꝑ qđ ex ꝑte aliqua
pſecutiõis ſedatũ putabat̃ incendiũ. Sꝫ
his q̄ nequitiã ſuã aduerſum nos exer-
cere cupiebãt ledẽdi occaſio non videba
tur exẽpta. Interdũ em̃ ppl'ſ inſtigabat̃
interdũ ẽt iudex occaſionibus vtebat̃: et
negabat queſitos quos punire voluiſſet
oblatos: hec tertulianus in apologetico
ſuo dicit ex quo poſſunt inſtrui plenius
ſcire cupientes.

¶ Cap. xxvij. de morte Symeonis.

**E Xitur in vrbe**
roma tertiꝰ ab apl'is clemẽs
nouẽ annis ſacerdotio ꝑfun-
ctus. Euariſto diuini verbi
tradit miniſteriũ. In hieroſolymis vero
Symeone de quo ſuperiꝰ diximꝰ defun-
cto iuſtꝰ q̄dã ex his q̄ de circũciſione ad
fidẽ xp̃i venerãt ep̃atũ ſuſcepit. Quibus
tp̃ibꝰ apud Aſiã ſuperat adhuc ⁊ flore
bat ex apl'orũ diſcipulis policarpꝰ myr
neoꝝ eccl'ie ep̃s: ⁊ papias ſil'r apud Je-
rapolym ſacerdotium gerens.

¶ Cap. xxviij. de ignatio ⁊ ep'l'is eius. A

**S Ed ⁊ in noſtra**
quoq; tẽpora fame celebrita
te vulgatus ignatius apud
anthiochiam poſt petrũ ſe-
cunda ſucceſſione epiſcopatũ ſortitꝰ eſt.
Quẽ ſermo tradidit de ſyrie partibꝰ ad
vrbẽ romã trãſmiſſum ⁊ ꝑ martyrio xp̃i
ad beſtias datũ. Quinq; cũ ꝑ aſiam ſub
cuſtodia nauigaret ſingulas quaſq; di-
grediẽs ciuitates eccl'ie populos euan-
gelicis cohortationibꝰ edocebat in fide
perſiſtere ⁊ obſeruare ſe ab hereticorũ
cõtagijs q̄ tũc primũ copioſius ceperãt
pullulare: ⁊ diligentiꝰ ac tenatius apo-
ſtolorũ traditionibꝰ inhererent. Quas
traditiones cautele grã ⁊ ne quid apud
poſteros remaneret icerti etiã ſcriptis
ſe aſſeruit epiſtolis reliq̄ſſet. Deniq; cũ
ſmirnã veniſſet vbi erat Polycarpꝰ ſcri
bit ide vnã epiſtolã ad epheſios eorũq;
paſtorẽ: in q̄ meminit ⁊ Oneſimi Aliam
magneſie ciuitati que. ſ. meãdrũ iacet.
In q̄ ⁊ ep̃i Damei mẽtionẽ facit. Sed ⁊
eccl'ie q̄ eſt trallis ſcribit cuiꝰ ꝑncipẽ tũc
eſſe polimiũ deſignauit. In ea vero quã



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad roma. eccleſiā ſcribit deprecatur eos
ne ſe tāꝗ̄ ſupplicijs ſuis ꝑcentes velint
priuare martyrio. Et his poſt aliquāta
vti͂ verbis a ſyria inq̄t romā cū vſ꜖ be-
ſtijs terra mari꜖ depugno die ac nocte
cōnexus ⁊ colligatus decē leopardis de
militib⁹ dico ad cuſtodiā datis: q̄ ex bn̄fi
cijs nr̄is ſeuiores fiūt. Sȝ ego eoꝝ neq̄-
tijs magis erudioꝛ nec tn̄ in hoc iuſtifi-
cat⁹ ſuȝ. O ſalutares beſtias q̄ ꝑparant
mihi qn̄ veniēt qn̄ emittent qn̄ eis frui
lȝ carnib⁹ meis quas ⁊ ego apto acrio-
res parari ⁊ inuitabo ad deuorationeȝ
mei ⁊ deprecaboꝛ ne forte vt in nōnullis
fecerūt timeāt cōtingere corpus meum.
Quinimo ⁊ ſi cūctabunt: ego vim faciā.
Ego me ingerā. Date queſo veniā ego
noui q̄d expediat mihi. Nūc incipio eſſe
diſcipulus xp̄i. Faceſſat inuidia vel hu-
mani affectus vel nequitie ſpūalis vt ie-
ſum xp̄m merear adipiſci. Ignes vel cru
ces beſtie diſꝑſiones oſſium diſcerptio-
neſ꜖ mēbroꝝ ac toti⁹ corpis pene ⁊ oīa
in me vnū ſupplicia diaboli arte queſita
conſentur dū modo ieſum xp̄m merear
adipiſci hec ⁊ multa alia his ſimilia ad
diuerſas eccleſias ſcribit.

B ¶ Sed ⁊ polycarpū velut apl̄icum
virū datis lr̄is anthiochenā ei eccleſiam
ꝑcipue ꝯmendat ad ſmyrneos ſane ſcri-
bens vti͂ verbis quibuſdā (vnde aſſum-
ptis neſcimus) quibus hec de ſaluatore
proloquit͂. Ego aūt poſt reſurrectionē
quo꜖ in carne eū ſcio fuiſſe ⁊ credo. Nā
⁊ cū veniſſet ad petrū ceteroſ꜖ ait eis.
Accedite ⁊ videte: q2 non ſum demoniū
incorporeum. Qui ⁊ contingentes eum
crediderunt ei. Scit autem et hyreneus
eius martyriū: ⁊ mentionē facit ſcripto-
rū eius ꝑ hec verba. Sicut dixit inquit
quidā ex noſtris ꝓ martyrio chriſti dā-
natus ad beſtias. Frumentū inquit ego
ſum dei beſtiarū dentibus moloꝛ ⁊ ſubi-
goꝛ vt panis mūdus efficax chriſto. Sed
⁊ policarpus horum memoriam facit in
epiſtola quē ad philippenſes ſcribit per
hec. Deꝑcoꝛ inquit omnes vos obedien-
tie operam dare ⁊ meditari patientiam
quā vidiſtis in ignatio ⁊ rufo et zoſimo
beatis viris. Precipue autē in paulo et
ceteris apl̄is q̄ fuerunt apud vos ſcien-
tes q᷑ his omnes nō in uacuū ſed ꝑ fideȝ
⁊ iuſtitiā cucurrere vſ꜖quo ꝑuenirent
ad locū ſibi a dn̄o preparatū. Qm̄ qui-
dem paſſionū eius participes extiterūt
nec dilexere preſens ſeculū ſed eū ſolum
qui pro ipſis ⁊ ꝓ nobis mortuus eſt et
reſurrexit. Et poſt pauca ſubiūgit. Scri
pſiſtis mihi ⁊ vos ⁊ ignatius vt ſi q̄s va
dit ad ꝑtes ſyrie deferat literas ad vos.
Quod faciā cū tempus inuenero. Miſi
vobis ⁊ ignatij epiſtolas et alias ſi que
ſunt que ad nos tranſmiſſe ſunt ex qui-
bus vtilitatem maximam capiatis cōti-
nent em̄ de fide ⁊ patientia inſtructionē
perfectam ſm̄ domini preceptū. Hacte-
nus de ignatio.

¶ Cap. xxix. de quibuſdam euangeliſtis
qui poſt apoſtolos claruerunt.

**Poſt hunc rexit**
eccleſiam ciuitatis antioche-
ne hereos. Inter eoſdem ſa-
ne floruit vir eq̄ īſignis Qua
dratus. Qui vna cum Philippi filiabus
in prophetica gratia celeberrimus fuiſſe
prohibetur. Sed ⁊ alij plurimi per ideȝ
tempus apoſtolorum diſcipuli ſuperſti-
tes erāt qui eccl̄ie fundamentis que ab
illis locata fuerāt digniſſima deſuper fi-
dei edificia conſtruebant augētes in oī-
bus predicationem verbi domini: ⁊ ſalu
taria ſemina regni celoꝝ per omnē ter-
ram latius differentes. Deni꜖ nonnulli
ex his ardentiore diuine philoſophie cu
piditate ſuccenſi animas ſuas verbo dei
cōſecrabāt explentes perfectionis ſalu-
tare preceptū: vt facultates ſuas prima
indigētibus diuidētes expediti ad pre-
dicandum euangeliū fierēt. Ut ſi quib⁹
forte prouincijs nomen fidei eſſet cogni-
tum predicarēt prim⁹ q᷑ apud eos fun-
damēta euāgelij collocātes at꜖ electis
quibuſ꜖ ex ipſis officiū regende eccleſie
quā fundauerāt ꝯmittētes. Ipſi rurſuȝ
ad alias gētes aliaſ꜖ ꝓuincias prope-
rabāt: ⁊ euāgeliſtarū fungebant officio.
Quoſ꜖ ſil̄r vt in exordio apl̄os diuino
rū ſignorū comitabant effect⁹ ⁊ ſcti ſpūs
gr̄a ita vt videres vna allocutione inte-
gros ſimul populos ad cultū diuine re-
ligionis adduci et ꝑdicantiū verbis nos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſſe tardiorē audiētium fidē. Verū quo-
niam impoſſibile eſt nobis ſingulos enu
merare qui poſt apoſtolorū primas ſuc
ceſſiones in eccleſijs que per orbē terre
ſunt vel principes vel euangeliſte fue-
runt vel paſtores illos tantummodo cō-
memoraſſe ſufficiat quorum libris inſer-
ta ad nos vſq fidei ₇ predicationis mo-
numēta venere. Ut clemētis ₇ ignatij ce
terorumq quorū ſuperius facimus men
tionem.

¶ Capi. xxx. de epiſtola clementis ad
corinthios ₇ libris papie.

Clemēs tamē
in epiſtola quam ad corin-
thios ſcripſit meminit epi-
ſtole pauli ad hebreos ₇ vti
tur eius teſtimonijs.
Cum cōſtat q apl's tanq hebreis
mittandā patrio cū ſermone cōſcripſe-
rit: ₇ vt quidā tradūt Lucā euāgeliſtā:
alij aūt hunc ipm clementē interptatum
eſſe: qd ₇ magis verū eſt: q ₇ ſtilus ipſe
epiſtole clementis cum hac concordat et
ſenſus nimirū vtriuſq ſcripture pluri-
mam ſimilitudinē ferunt. Dicitur tn̄ eſ
ſe alia clemētis epiſtola cui' nos notitiā
non accepimus. Sed ₇ alia eius opuſcu
la nō minima a nōnullis haberi perhibē
tur velut petri ₇ appionis diſputatio: q
in vſu a veteribus habita minime repe-
rimus: q nec pura in eis et incorrupta
apoſtolice fidei regula manſiſſe depre-
hendit. Papie quoq ferunt quinq libri
qui attitulatur verborum dominicorum
explanatio horum facit ₇ Hyreneus mē
tionē p hec verba. ¶ Hec aūt et papias
ioannis auditor policarpi vero condiſci
pulus et ſodalis vir vnus ex antiquis:
proteſtat in primo libro ſuo. Quinq eni
volumina conſcripſit Hec quidē hire-
neus de papia. Ipſe vero de ſe indicat
tanq qui non ab apoſtolis ſed ab eorum
diſcipulis ſuſceperit fidem: per hec vba.
Nā pigebit aūt nos tibi oīa que quondā
a preſbyteris didicimus et bene retine-
mus recordātes exponere cū interpreta
tionibus ſuis: ₇ vt ſe eo vitas habeat
explicare. Neq enim multa dicentibus:
ſed vera tradentib' auſcultauimus neq
his qui hominum precepta ſed qui do-
mini mandata memorabant ab ipſa ve-
ritate ſuſcepta. Quod ſi quando aduē-
niſſet aliquis ex his qui ſecuti ſunt apo-
ſtolos ab ipo ſedulo explicabar quid An
dreas quid Petrus dixerit quid autem
Philippus vel Thomas quid vero Ja
cobus quid Joannes aut quid Matthe'
vel alius qui ex diſcipulis domini: que ve
Ariſtion vel ioannes preſbyter ceteriq
diſcipuli dicebant. Hec enim tātum mihi
librorū electiones prodeſſe credebam q-
tum viue vocis preſentiſq magiſterium.
Sed mihi dignū videtur intēdere q ſcdo
nomen Joannis enumerat et eū quidē
cuius primo meminit Petro et Jacobo
ac Mattheo ceteriſq apoſtolis ſociat
quē ſine dubio ipm euangeliſtam eſſe et
apoſtolum conſtat. Aliū vero Joannē di
ſtinctiōe quadā facta extra aplo nume
rū collat pferēs ei. Ariſtionē quandā et
euidēter eū pſbyterū nominat: vt p hec
cōprobet verū eſſe illud qd quidā Aſiam
ſcribūt q duo ſint apud Epheſum ſepul
chra ₇ vtrumq Joānis appellatur. Qui
bus ſic diligentius intēdamus fortaſſis
ſecundus hic erit Joannes ſi ille non cre
ditur primus ſub cuius nomine reuela-
tio habetur que appellatur Joannis.
Sed et hic ipſe de quo nobis ſermo eſt
Papias apoſtolorum ſe verba ab his
qui ſecuti eos fuerant Ariſtione videli-
cet et Joanne preſbytero aſſerit ſuſcepiſ
ſe. Unde et frequenter nominatim in
commentarijs ſuis a Joanne et ariſtio-
ne traditum ſibi de ſingulis quibuſq
commemorat. ¶ Meminit ſane idem ip-
ſe etiam de quibuſdam mirabilibus in
opere ſuo que pretereunda nemine cen-
ſeo. Per Philipi enim euangeliſte fi-
lias prophetiſſas hec ſibi tradita eſſe
deſignat. Mortuum reſurrexiſſe tem-
poribus ſuis dicit. Sed et de Juſto qui
cognominatus eſt Barſabas refert mi-
raculum ingens quia venenum biberit
et nihil ex hoc triſte pertulerit pter do-
mini fidem. Juſtus autē ipſe eſt hic qui
poſt ſaluatoris aſcenſum a ſanctis apo
ſtolis cum Mathia ad apoſtolatus ſor-
tem ſtatutus eſt ſicut in actibus apoſto-
lorum commemoratur. Dicit autem et



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

alia plurima a maiorībꝰ ſibi tradita miracula ⁊ nouas quaſdā parabolas ſaluatoris ⁊ doctrinā incognitam magiſq; fabuloſam. Mille annos futuros poſt reſurrectionē quibus corporaliter regnū chriſti in hac terra futurum ſit. Sed ego puto eū ſpirituales ⁊ myſticas apoſtolorum traditiones corporaliter ⁊ ſm̄ literas ſuſcepiſſe nec potuiſſe diſcernere ea que illi ī figuris velut lactātibus ⁊ paruulis loquebātur. Qui et reuera etiā ex ipſis que cōſcripſit opuſculis exigui ſenſus vir ⁊ minus capacis oſtēditur. Multis tñ poſt ſe eccleſiaſticis viris erroris huius ꝓbuit cauſas autoritatē dogmati tm̄ ex vetuſtate tribuēs non etiā ex rōne dictorum ſicut Hyreneo ⁊ ſi quis aliꝰ eū in hac parte viſus eſt ſequi. Alia quoq; quāplurima ſupra memorati Ariſtionis refert tanq̄ ex verbis et domini tradita ⁊ Joānis preſbyteri que ſi quis vult plenius noſcere ipſos eius relegat libellos. Nos tñ illud aſſumemus ex his qḋ de Marco euangeliſta his protulit verbis. Etiā hoc (inq̄t) ꝑſbyter narrabat qḋ Marcus interpres fuerit Petri ⁊ quecūq; meminerit ab eo dicta conſcripſerit. Non tamen ꝑ ordinem ea que a domino dicta ſunt vel facta digeſſerit q꞉ non ipſe auditor dn̄i fuerit vel ſectator ſed nouiſſime: vt dixi petro adeſit ad vſum ac miniſteriū predicandi non ad conſcribendos domini ſermones. Itaq; nihil peccauit Marcus in eo quod ita quedam ſcripſerit quaſi qui paſſim audita recordari videatur. Et hoc ſolum ſatis egit ne quid ex auditis omittere aut aliq̄d falſum ſcriberet. Hec de marco ſcribit papias. Sed ⁊ de Mathea ita refert Mattheꝰ quidē ſcripſit hebreo ſermone. Interpretatꝰ eſt aūt ea q̄ ſcripſit vnuſquiſq; ſicut potuit. Hec etiā de Mattheo. Utitur ſane idem papias teſtimonijs ex epiſtola Joannis prima et petri ſimiliter prima. Simul ⁊ hiſtoriam quandā ſubiungit de muliere adultera que accuſata eſt a iudeis apḋ dn̄m. Habetur autē in euangelio qḋ dicitur ſcḋz hebreos ſcripta iſta parabola ſed de his iſta ſufficiant.

Explicit liber tertius.

## Incipit liber quartus.

Capitulū .j. de quorūdā epiſcopoꝝ ſucceſſione ſimul iudeorum contra gētiles ſeditione.

A

DUodecimo anno principatus traiani Ceſaris credo quē pauloante memorauimus Alexandrinorum gubernare plebem diē obijt. poſt quem quartus ab apoſtolis. Primus nomine ſacerdotij inibi iura ſuſcepit. Eadem tempeſtate Alexander quoq; rome cum octauum annum Euariſtus ſacerdotalis adminiſtrationis impleſſet: quinta ſucceſſione poſt petrum atq; paulum plebis gubernacula ſortitus eſt. Et quidem ſaluatoris noſtri inſtitutio eccleſiarumq; profectus creſcēbat in dies Judeorum porro funera denſiſſimis cladibus exagitabantur. Itaq; poſtq̄ preditus imperator annum octauumdecimum principatus ingreſſus eſt rurſus iudeorū tumultos exarſit. Quo magnus mox numerus gentis eius occubuit. Nam et Alexandrie et per egyptum vel cyrenem tanq̄ atroci quodam ſeditioſoq; ſpiritu exagitati. primo ſimul cōmanentibus viciniſq; gentibus inferre certamina. Tū deinde paulatim ſeditione creſcente ſequenti iam anno bellum publicum ⁊ non minimum intulere. Romano duci tunc lupo cuidam in partibus egypti: ac ſane primo prelio iudeos ſecuta victoria eſt. Sz gentiles qui ex acie fugerant irrumpentes Alexandriam iudeos ſi quos forte inibi repererūt captos interimere. Quorum auxilio deſtituti reliqui qui apud Cyrenem rebelles extiterāt velut deſperantes ad agros Egypti ⁊ caſtella vaſtāda vertunt duce luca. Aduerſus hos imperator mittit cū exercitu peditum atq; equitum ſed et nauali manu: martium turbonem. Qui multis ſane prelijs nec paruo tempore conſumptis multa milia iudeorum nō modo apud Cyrenem: ſed ⁊ in egypto qui luce auxiliū ferebāt ꝓſtrauit ac pertulit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Capitulum. ij. qualia ſub traiano paſſi ſunt iudei.

PRinceps vero magnus etiam eos q̄ apud me ſupotamiā cōſiſtebāt iudeos ratus ſimilia auſuros. Lutio quieto pcipit delere ꝓuinciā fundit⁹ ac totā gētē penit⁹ excidere. Tū ille directa acie magnā eoꝝ multitudine ſternit. Cuius facinoris grā quiet⁹ remuneratiōis vicē ab imꝑatore ꝓuincie iudee adept⁹ eſt p̄ſidatū. Sꝫ hec etiā grecoꝝ gētiliū hiſtoriographi per ſingulas quaſq; etates eodē ordine memorie tradiderūt.

¶ Cap. iij. qui ſub adriano fidei defenſiones ſcripſerint.

TRaiano autē viginti annis minimis ſex mēſibus principatu perfuncto. Helius Adrianus in ſceptra ſuccedit. Huic quadratus oratiōe ſplendidiſſima apologeticū librum pro nr̄a legione cōſcriptū ⁊ validiſſimis communitū aſſertionibus obtulit. Quoniā quidā maligni quidā hoies ſub eodē principe noſtros nitebantur inceſſere. Qui liber hodieq; ſeruat̄ ⁊ apud nos ⁊ apud multos ex fratrib⁹ noſtris. Ex quo volumine inditia magni cuiuſdā viri ⁊ mentis ac fidei apoſtolice eius ſcꝫ qui cōſcripſerat colligunt. Idē igitur ipſe ſue antiquitatis ſpecimē talib⁹ exprimit verbis. Noſtri aūt ſaluatoris inquit opera ſemper aderāt viua ⁊ vera in his qui ſanati fuerant ⁊ in his qui a mortuis excitati ſunt. Non eni viſi ſunt tātūmodo vel reſurgere vel ſanari: ſed perpetuo ab hoibus videbant̄ nō tm̄ ſaluatore pſente ſed et poſt diceſſum eius multis tpibus ita vt aliquāti qui ab eo vel curati vel reſuſcitati ſunt etiā ad noſtra vſq; tpa pdurarint. Et de hoc quidē ſatis dictum. Sed ⁊ ariſtides vir fidelis ⁊ pietate noſtre religionis imbut⁹ quadrato ſimile volumen ad Adrianū pro fidei noſtre rōne cōſcripſit: cuius etiā nunc ſcripta ſeruantur.

¶ Capitulum. iiij. de epiſcoporū Alexandrinorum ⁊ hieroſolymorum ſucceſſione.

TErtio aūt eiuſdem principatus anno Alexander eps romane vrbis ſacerdotiū ſimul ac vitā finiūt decennio expleto. Huic ſubrogatur ſixtus. Sed ⁊ Alexādrie eodē tpe defuncto. Primo duodecimo ſui ſacerdotij anno epiſcopatum Juſtus excepit. In hieroſolymis ſane epoꝝ tempora ſucceſſioneſq; nullis ad integrū monumētis cōſeruata reperimus eo q̄ valde ad breue tempus mortis celeritate precepti ſacerdotio ſinguli quiq; functi perhibeant̄: ita vt quātū ex veterum lectione comperio ad tpa vſq; principis adriani ſub quo iudei excidium paſſi ſunt: tradāt quindecim epiſcoporum ſucceſſiōes eē decurſas. Quos oēs aiunt hebreos antique originis extitiſſe ⁊ ſcientiā xp̄i fideliter recepiſſe. Et ideo incunctanter ab his qui poterant de fidei merito iudicare ſacerdotio quoq; viſos eſſe digniſſimos: quippe cū omnis tūc eccleſia ex hebreis fidelib⁹ coaceruata firmataq; videretur incipientibus ab apoſtolis ⁊ pdurantibus nimirū vſq; ad illud tps excidij quo iudei iterū deficientes a romanis magnis rurſum ꝑlijs ſubiugati ſunt. Igitur q̄ per idem tps aſſumere epos ex circūciſione ceſſatuꝫ eſt: neceſſarium videtur omnes a primo vſq; ad id tps enumerare pariẽ ſacerdotes. Prim⁹ itaq; iacob⁹ qui dn̄i frater eſt habiturus. Poſt hunc ſymeon electus eſt. Tertius iuſtus zache⁹ quartus. deinde thobias quintus. Beniamin ſextus ac ſeptimus ioannes. Tum mathias: quem philippus excepit. Cui decimus ſeneca ſubrogatus eſt. Juſtus exinde: ac duodecimus leui. Poſt hunc effreni: et quartus decimus ioſeph. Ac finis omniuꝫ iudas. Iſti ſunt fere oēs qui hieroſolymi epiſcopi ab apoſtolis ad illa vſq; tpa q̄ ſuperi⁹ deſignauimus plebi illi ex circunciſione prefuerūt. ¶ Rome aūt duodecimo anno memorati pricipatus. Sixto duodecim annis eccleſie gubernaculis functore theleſphorus ſeptimus apoſtolis ſubrogatur. Anno poſt quē ⁊ vno mēſe Alexādrine eccleſie moderamē eumeneus ſexta ſucceſſione ſuſcepit: cum deceſſor eius



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vndecim annis populo prefuiſſet.

¶ Cap.v. nouiſſimum iudeorum exci
dium ſub adriano.

VEruz iudaicis
motibus ac factionib⁹ rurſus
ad maiora ꝑgreſſis rurſus iu
dee preſidens armata manu
ſibi ab imꝑatore decreta: in ſolentiã gen
tis acerrime ꝯprimebat: multa milia paſ
ſim virorũ feminarum puerorumq; con-
ficiens: quorum terras iure belli: roma-
no vendicabat imperio. Tꝑe quo iſta ge
rebant̃: ducebat exercitum iudeorũ Bar
chochadas quidã qđ nomen ſignificat
ſtellam: ceterũ vir crudelis et ſceleſtus.
Sed ex vocabulo ſuo velut vilibus mãci
pijs perſuadebat: ſe ob ſalutẽ eoꝝ ſidus
magnũ celit⁹ eſſe delapſum: egris morta
libus longa obſcuritate damnatis ferre
lucis auxiliũ. Igitur cũ maxime belli hu
ius fomenta cõcreſceret: octauodecimo
anno principatus eiuſdẽ: apud bethara
oppidum preualidum hieroſolymis vici
nũ: cum longiora romanis tẽderetur ob-
ſidio: fame ac ſiti perduellib⁹ intrinſecus
ad extremũ internitionis adductis poſt
q̃ dux ipſe precipue meritas ſuo facino-
re penas luit: omnis hec natio iã ex illo
ab omni regione finitima hieroſolymorũ
penitus arcebatur cum ſanctione diui-
ne legis: tum maxime cõſtitutionibus et
decretis Adriani ita vt ne de excelſiori qui
dem proſpectu: emin⁹ eis ſaltem pater-
num ſolũ prophanis obtutib⁹ liceret in-
ſpicere. Ariſtopelleus hiſtoriograph⁹
iſta proſequitur. Ita factũ eſt: vt ciuitas
poſt interitum iudaice gẽtis incolis mox
in eam peregrine nationis confluentib⁹
permutatis ciuibus etiam ipſa helia ap
pellaretur: ex cognomento imperatoris
heli. Adriani. Et vt in romanorũ ius to-
ta conuerſari tum pariter mutaret ac
nomen.

¶ Ca.vj. ꝺ pſeudo ſcriptorib⁹ ⁊ aplis
quos hiſdẽ tꝑibus demon excitauit.

TUit ex gẽtib⁹
vt inibi cepit eccleſia congre
gari: primus poſt epos ex cir
cunciſione: ſacerdotium ciui
tatis illius accepit marcus. Cumq; iam
refulgentibus in modũ clariſſimorum ſi
derum eccleſijs vbiq; terrarum vigente
etiã ꝑ omne genus hoim fide: qua cun-
cti pariter ſaluatorẽ ac dñm noſtrum ie
ſum xp̃m: integre ⁊ cõſtanter crediderãt:
ille toti⁹ bonitatis emulus demon: vtpo
te veritatis inimicus: ⁊ ſalutis humane
hoſtis perpetu⁹: oia molimina cõtra deũ
⁊ eccleſiã ꝟſans: q̃ pri⁹ exteri⁹ eã perſecu
tionibus ⁊ hoſtilib⁹ oppugnauerat: nũc
malignis quibuſdã viris ⁊ deceptorib⁹
reptis in teſtino bello eã quatere nitit̃.
Sed vt fraudulenti fallaceſq; hoies. no
ſtre religionis ſimulato tantum nomine
induti: fideliuz quidem ſi quos forte per-
ſuaſionis ſue fraude deciperent peſſun-
darent ignorãtes vero fidei noſtre myſte
rium: peruerſis et feralibus ſuis geſtis
vel aſſertionibus impeditos a deſiderio
vere fidei et ſalutis longius ſummoue-
rẽt. Igitur humani generis deceptor an
tiquus poſt menandrũ quẽ ſupra retuli
mus ſymeonis ſucceſſorem velut quan-
dam beſtiã bino ore ſibilãtem biniſq; lin
guis diobolica venena vibrantem. ſatur
niũ quẽdam antiochie gentiũ ⁊ baſilidẽ
Alexãdrie ortũ produxit. Quorum vter-
q; ſuis in regionibus officinas impie ac
deo inuiſe condidit diſcipline. Et quidẽ
in omnibus pene ſaturniũ eadẽ que me
nandrũ commentatũ eſſe ſignificat hyre
neus. Baſilidem vero ꝑtextu iuſtitie do-
ctrine immenſum tetendiſſe mẽtis impie
cogitatũ dũ ꝓdigioſa fabularũ figmẽta
ſibimet complaceret.

¶ Ca.vij. de ſcriptorib⁹ eccleſiaſticis
qui ea tempeſtate claruerunt.

SEd e cõtra mul
ti admodũ eccleſiaſtici viri ꝓ
ꝟitate fortiter ſtare: ac ſcri-
ptis quoq; ⁊ aſſertiõibus ꝟa
rõne ſubnixis ꝓ aplica ⁊ eccliaſtica tra-
ditiõe certare vt ex libroꝝ monumentis
etiã poſteris ad cauẽda hereticoꝝ vene-
na munimẽ ⁊ ſubſidiũ ꝑberet̃. E qb⁹ pue
nit ad nos liber celeberrimi ſcriptoris ei⁹
tꝑis agrippe caſtoris cõfutationẽ baſili-
dis validiſſimã continẽs ꝑ quẽ verſutia ⁊
calliditas viri ad decipiendũ nimis apta

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

detegitur. Deniqȝ cū publicaret eius archana dixit eum de euāgelio quidē quatuor ⁊ viginti cōmentarios condidiſſe. prophetas v°o ſibimet nūcupaſſe quoſdam barchabanū ⁊ barchob alioſqȝ qui nunqȝ extiterunt. Quos ipſe tn̄ cōſtituerit ſibi ac barbaris vocabulis vt eēt appellatio ipſa terribilis nominarit. Docere etiam eum refert ī molata abſqȝ vllo reſpectu conſcientie deguſtanda ⁊ ſine ſcrupulo atqȝ indifferenter fidē negandaꝫ perſecutionis tꝑibus. Sectatoreſqȝ ſuos ad mortem pythagoricum docuit quinquēnio ſilere. Addit alia quoqȝ nō pauca quib⁹ ſecte huius errorem penitus a ſe deprehenſum ⁊ cōfutatum eſſe declarat. ¶ Sꝫ ⁊ hyreneus ſcribit coeūt tpe ⁊ moribus memoratorū fuiſſe carpocratē quendā ſuperſtitionis alterius q̄ gnoſtici appellant vocabulo ab ſcientia cōficto autorem q̄ ſane vſtigia ſimonis magi non vt ille clā. ſed publice ac palā tradebat: ⁊ velut pro ſummis atqȝ optimis ſtudijs laudē cōfeſſam ac publicam de nefarijs artib⁹ a deceptis auditoribus regrebat ⁊ magicas tenebras i luce publica perorabat. De amatorijs dūtaxat ſōnijſqȝ immiſſis a demonijs perhaedris alijſqȝ ſīlibus fraudibus. deqȝ his cōſequēter doceri oportere oēm hoiem decernebat q̄ ad ꝑfectionē ſui miſteriū vl potius ſceleris cuperet peruenire: aſſerens nō aliter vnūqueqȝ effugere poſſe mundi hui⁹ principes vel declinare niſi per huiuſcemodi facinora ſua cuiqȝ nefaria debita ſoluerentur.

B ¶ His igitur ille totius boni emulus vtēs ſue malignitatis miniſtris tam eos q̄ poſt fidē ab his decipiebant rapiebat ad tenebras ſempiternas q̄ȝ alios q̄ necdū crediderant (tāqȝ hec eſſet noſtre religionis infamia) ſummouebat a fide: dū ob execrabilē horū hoim vitā ipſam xp̄ianorū profeſſionē audiēs quiſqȝ vitaret. Nec aliunde tunc ſuſpitio de nobis tanqȝ de vere impijs et inceſtis fuerat exorta qua aſſereret illicitis plebē nr̄am ſtupris ⁊ ꝑmiſcue habitis in matribus ac ſororibus pollui atqȝ execrādis īfanticidijs dapibus funeſtari: ſed nō in longū durauit infamia vbi ſeipſa cepit veritas aperire. Quinimo ⁊ clari⁹ ac ſplēdidius illuſceſcente vita noſtrorū extinguebatur continuo ſuperſtitioſi caligo figmenti. Et ſingulis quibuſqȝ ſectis q̄ aduerſum veritatē exorte fuerāt euaneſcentibus vel in multifidas ac multiformes ſpecies diffluentib⁹ ꝓficiebat et extollebat ſe indies ſolus vere et catholice eccleſie ſplendor nulla tēporum varietate fucatus. q2 caſtimonia ſui ac puritate ⁊ diuine conuerſationis gloria ꝑ omne genus hominū ſapientia: doctrina: fide: ⁊ actibus refulgebat. Et eīm ipſo confeſtim tpe quo ceperat opprobrij huius flāma reſtincta eſt. Permāſit aūt apud ſingulorū mentes veritas que ſuis ſemꝑ viribus nitens cōuincit ⁊ arguit falſitatē nec paſſa eſt adulterino maledictorū fugo eccleſie caſtitatē pudicitiāqȝ lacerari. Intantū vt ex illo ad noſtra vſqȝ tpa: nullus tam ſeue mentis extiterit q̄ honeſtatem ⁊ caſtimoniā plebis noſtre ore ſacrilego cōcinnatis macularet opprobrijs. Sed ad romanos ⁊ ad grecos ad ſchytas ⁊ barbaros ⁊ ad ipſas pene in vltimis orbis partibus recōditas nationes intm̄ ſuauis odor de eccleſie geſtis ⁊ diuinum quidā reſpirās ſancte cōuerſationis aura peruenit intm̄ ad aures oīm ac mentes felix xp̄ianorum fama peruecta eſt: vt omne hoim gen⁹ legibus ⁊ ſupſtitionib⁹ patrijs derelictis ad fidē ſe conuertere xp̄i. Omniſqȝ barbaries genuina feritate depoſita ad ieſū xp̄m concurreret: ⁊ diſceret ab eo q2 mitis eſt ⁊ humilis corde.

C ¶ Extiterunt preterea ꝑ diuinam gratiā viri ea tempeſtate eruditiſſimi q̄ ꝓbabiliter ⁊ ſufficiēter obſcena hereticorum cōmenta conuincerent ⁊ quid vera fides in eccleſia catholica caſtitatis haberet oſtenderent. In quib⁹ egeſippus celeberrimus habebat: q integerrimam traditionē apoſtolice predicationis ſimplici ſermone conſcriptam in quinqȝ libris memorie tradidit. Ubi et de ſuis ipſe temporibus aliquanta commemorat et de quibuſdā qui ſimulachra collauerāt talia quedā ſcribit. Quibus inqt templa imo potius ſepulchra fecerunt ſicut etiā nunc videmus. Ex quibus eſt



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vnus antinous ſeruus adriani ceſaris cui agones annui celebrantur qui antinoij appellantur noſtris adhuc temporibus inſtituti. Nam ⁊ ciuitatem condidit eius nomini antinoum. ⁊ tēplū ei et ſacerdotes inſtituit ac ꝓphetas. Sed et iuſtinus fideliſſimus noſtre philoſophie ſectatoꝛ ⁊ in grecoꝛum diſciplinis eruditiſſim⁹ ſcribēs ad antoninū Apologeticum pro noſtra religione librū hoꝝ meminit ita dicēs. Non mihi videt̄ abſurdum meminiſſe in his etiaꝫ de antinoo. q̄d nuper geſtū eſt: quē oēs timoꝛe principis quaſi deum colere ceperunt. Cum bene nouerint quis qualiſue pauloante fuerit ⁊ vnde duxerit genus. Idē quoqꝫ ipſe etiā iudaici belli q̄d tunc gerebatur memoꝛiam faciēs: talia quedam refert. Etenim in hoc q̄d nunc geritur iudaico bello barchochabas pꝛiceps iudaice factionis chꝛiſtianos ſolos niſi negarent chꝛiſtum tanqꝫ blaſphemos ad ſupplicia rapi iubebat. In quibus libꝛis etiā de conuerſione ſua quam habuit a gentili philoſophia ad vere religionis fidē: ꝙ non abſqꝫ ꝓbabili ratione ⁊ examinato iudicio ad hec cōuerſus ſit hoc modo ſcribit. Naꝫ ⁊ ego ipſe (inquit) ſectis platonicis inſtitutus: audiēs infamari chꝛiſtianos: ⁊ videns eos in pauidos ad ſuſcipiendam moꝛtem: atqꝫ omne ſupplicium tolerandum conſiderabam ꝙ impoſſibile eſſet malitia eos et in libidine conuerſari. Quis enim aliquando voluptuoſus ⁊ luxurijs deditus. ⁊ qui humanis carnibus veſci delicias putat: moꝛtem libēter amplectitur qua ſcilicet ipſa confeſtim careat pro qua infamari maluit voluptate. Quinimo viuere perpetuo ſi liceret ⁊ lateret iudicia: in hoc magis operam daret: nedum ſemetipſum ſtatute ac profeſſe moꝛti ſtuderet offerre. Sed et idem ipſe vir ſcribit Adrianum pꝛincipem: ſuſceptis a ſerenio gratiano clariſſimo viro preſide literis in quibus de chꝛiſtianis percontabatur reſcripſiſſe: ꝙ non eſſet iuſtum chꝛiſtianos nullius criminis reos abſqꝫ iudicio legibuſqꝫ puniri. Simul et exemplum epiſtole ipſius ſubijcit continentis hunc modum.

Capitulū. viij. de Epiſtola Adriani que perſecutionem in noſtros parum per repreſſit.

Exemplum epiſtole imperatoꝛis Adriani ad minutium fundanū pꝛocōſulem Aſie accepit literas ad me ſcriptas a deceſſoꝛe tuo Serenio gratiano clariſſimo viro: et non placet mihi relationem ſilentio preterire ne innoxij perturbentur et calumniatoꝛibus latrocinandi: tribuatur occaſio. Itaqꝫ ſi euidenter prouinciales huic petitioni ſue adeſſe valent aduerſum xp̄ianos vt pro tribunali eos in aliquo arguāt hoc his exequi non prohibeo. Precibus autem in hoc ſolis et acclamationibus vti eis non permitto. Etenim multo equius eſt ſi quis volet accuſare: te cognoſcere de obiectis. Si quis igitur accuſat ⁊ ꝓbat aduerſum leges quicqꝫ ageret memoꝛatos homines pro merito peccatoꝝ etiā ſupplicia ſtatues. Illud me hercle magnopere curabis vt ſi q̄s calūnie gratia quēqꝫ hoꝛum poſtulauerit reū in hūc ꝓ ſui neq̄tia ſupplicijs ſeuerioꝛib⁹ vindices.

Capitulum nonum de ſucceſſione quoꝛundam epiſcopoꝛum Rome et Alexandrie.

Verū adrianus poſt hec viceſimo pꝛimo anno ſui pꝛīcipatus diem obijt. Et antoninus cognomento pius romanum ſuſcepit imperium. Huius pꝛimo anno Teleſphoꝛ⁹ annis vndecim ſacerdotio in vrbe roma amminiſtrato vita deceſſit: ⁊ higinus epiſcopatus ſoꝛtem romane ſuſcepit eccleſie. Ueruntamen hyreneus refert Teleſphorum martyrio vitam finiſſe: ſimul indicans Higini epiſcopi tempoꝛibus: Ualētinum autoꝛem valentiniane hereſis extitiſſe: ⁊ cerdonem quendā erroꝛis illius pꝛincipem: quem poſtea Martion ſecutus eſt. eoſqꝫ vno tempoꝛe rome: ſed et diuerſis imperantibus aſſeruiſſe. Scribitur autem ita.

Capitulum decimum. de quibuſdam pſeudo apoſtolis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

NAm valẽtinus venit romã ſub higino. In-
ualuit autem tꝑib⁹ pij ⁊ ad
anicetũ vſqȝ durauit. Cerdo
vero: qui ante marcionẽ fuit: ⁊ ipſe ſub
higino: qui erat i vrbe roma ab apoſtolo
nonus epiſcopus venit. Qui tamen ali-
quando quidem quaſi penitens ⁊ erro-
rem cõfitens excuſabat: aliquando rur-
ſum occulte: interdum etiam publice im-
pietatem docebat. In quo cõuictus: a ce
tu fraternitatis arcet. Hec aũt, dixit hy-
reneus i tertio aduerſus hereſes libro.
In primo autem libro nihilominꝰ de cer
done hec dixit. Cerdo vero a ſectatorib⁹
Simonis impietatis ſue occaſiõib⁹ ſum-
ptis romã venit ſub higino: ibiqȝ docuit
q̄ is quis a lege et ꝓphetis predicatus
eſt deus, non eſſet ipſe pater domini no-
ſtri Jeſu chriſti. Quia ille quideȝ notus
eſſet: hic autem ignotus eſt. Et ille iu-
ſtus: hic autem bonus. Cui ſuccedens
marcion ponticus abſqȝ reuerentia vl-
la blaſphemans: auxit doctoris inſanieȝ
idem quoqȝ: ipſe Hyreneus immenſum
profundum Ualentini erroris de mate-
ria et ceteris validiſſime coarguit. Et
ſerpẽtis in modum cecis ſemetipſum la-
tebris obtegentem in lucem protrahit
ac denudat. His adiungit et de marco
quodam quem dicit magis artibus im-
butum apprime enituiſſe. De cuius pro-
phanis ſuperſtitionibus ⁊ archanis nõ
tam ſacris q̄ ſacrilegis et myſticis my-
ſterijs ita ſcribit. Et em̄ quidem eorum
thalamum conſtruunt ⁊ nefarium quod
dam initiandi celebrant genus tanq̄ ſe
cretis quibuſdam carminib⁹ ac verbis:
non tam ſacris quam execrabilibus euȝ
qui introducitur cõſecrantes. Spiritua
les nuptias aiunt eſſe que faciũt: inſtar
videlicet ſupernarum coniugationum.
Adducẽtes vero eos ad aliquam aquã
et baptizantes. hec ſuper eos proferunt
verba. In nomine aiunt ignoti patris
omnium: et in veritate omnium matre:
et in eo qui deſcendit in ieſum. Alij vero
hebraica nomina ad pauorem audien-
tium ſuper eos quos initiãs terribiliter
obloquuntur. Hec de ſectatoribus Mar
ci hyreneus ſcribit.

B ¶ Quarto autem epiſcopatus ſui
anno cum deceſſiſſet higinus romane ec
cleſie ſacerdotium Pius ſuſcepit. Apud
alexandriam vero Marcus: tertiodeci-
mo anno epiſcopatus ſui eumenide de-
functo. Qui Marcus cum decem annis
ſacerdotiũ miniſtraſſet. Celadioni poſt
obitum ſuum eccleſie gubernacula dere
liquit. Pius vero in vrbe roma quinde-
cim annis in ſacerdotio expletis Anice-
to poſt ſe tradidit ſedem. Cuius tempori
bus egeſippus refert ſemetipſum romã
veniſſe ⁊ permanſiſſe inibi: vſqȝ ad eleu-
therij qui poſt Anicetuȝ ſubrogatus eſt
epiſcopatum. Quibus temporib⁹ ſimul
florebat Juſtinus in habitu philoſophi,
diuinum predicans verbum: et fidei no-
ſtre rationeȝ tam ſcriptis voluminibus
q̄ viue vocis aſſertione defendens. Qui
et aduerſum martionem ſcribens com-
memorat de eo q̄ adhuc ſupereſſe eo tẽ-
pore quo ſcribebat. Deniqȝ ita ait. Mar-
cion vero quidam ponticus qui hodieqȝ
ſupereſt: docet homines alium credere
eſſe deum: maiorem conditore deo. Hec
ille hominibus ingerens: et demonibus
adiutoribus vtens: multis blaſphemare
perſuaſit: vt negarent creatorem omniũ
deum ipſum eſſe patrem chriſti: ſed aliũ
quendam qui quaſi maior hoc eſſet ⁊ ta-
men omnes ſectatores ei⁹ chriſtiani ap-
pellantur. Ita nimirum ſicut omnes cõ-
muni vocabulo cũ diuerſe ſint ſecte phi-
loſophi nuncupantur. Sed ⁊ poſt pauca
nihilominus dicit. Eſt autẽ ⁊ nobis liber
aduerſus omnes hereſes compoſitus:
quem ſi vultis decurrere dabimus.

¶ Cap. xi. de Juſtini defenſione.

HIc autem ipſe iuſtinus ſcribit etiam cõ-
tra paganos volumẽ inſi
gne. Sed et alios libros
pro noſtra religione: in
quibus ad Antonium principem qui co
gnominatus eſt Pius: ſermonem dirigit
ſcribens et ad ſenatum. In vrbe etenim
roma maxime cõſiſtebat. Deniqȝ in vno
ex his libris: etiã de ſemetipſo volẽs quis
vel vnde eſſet oſtẽdere hoc modo ſcribit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Imperatori elio adriano Antonio pio
Ceſari auguſto ⁊ veriſſimo philoſopho:
et lucio philoſophi ceſaris proprio filio
ac pij adoptiuo amatori ſapientie ⁊ ſac
co ſenatui atqꝫ omni populo romano ꝓ
viris ex omni genere hominum congre-
gatis: ⁊ iniuſto alio laborantibus ac nō
digna patiētibus. Juſtinus priſci filius
bacchiadis ex vrbe neapoli paleſtine:
vnus pro omnibus defero poſtulatum.
Sed ⁊ interpellatus idem imperator in
aſia ab ijs qui vario iniuriarum genere
affligebātur: tale reſcriptū ad vniuerſos
Aſie populos promulgauit.

¶ Cap. xij. epiſtola ceſaris Antoni-
ni ad aſianos ꝓ defenſione noſtrorū.

IMperator Ceſar marcus aurelius anto-
ninus auguſtus armenicus:
pōtifex maximus tribunitie
poteſtatis quindecies: conſul tertio vni-
uerſis ſimul plebibus aſie ſalutem. Ego
quidem non ambigo etiam ipſis dijs cu-
re eſſe ne quis noxius lateat. Multo enī
magis ipſis conuenit punire eos qui ſi-
bi immolare nolunt ꝙ̄ vobis. Sed vos
confirmatis eorum quos perſequimini
ſententiam quam de vobis habent dicē
tes vos impios et ſine deo eſſe. Unde et
optabilius habent: ⁊ animam ponere ꝓ
deo ſuo: ⁊ mortem libenter amplecti: ꝙ̄
vobis talibus acquieſcere ⁊ in veſtre re
ligionis iura concedere. De motib⁹ an-
tē terre q̄ vel facti ſunt: vel etiam nunc
fiunt abſurdus non erit merorem veſtrū
iuſta commotione ſolari. Quoniam qui-
dem comperi ꝙ in huiuſcemodi rebus
ad illorum inuidiam communes caſus
transfertis: in quo illi quidem maiorē fi-
duciam accipiunt apud deum. Uos au-
tem in omni tempore quo de talib⁹ igno
ratis, ceteros quidem deos negligitis.
Cultum vero immortalis dei: quem chri
ſtiani colunt expellitis et deturbatis: vſ-
qꝫ ad mortem cultores illius obſeruātie
perſequentes. Super quibus plurimi
ex ꝓuincijs iudices: etiam venerabili pa
tri noſtro ſcripſerant. Quibus reſcriptū
eſt ab eo: vt nihil omnino moleſtie huiuſ
cemodi hominibus generarent niſi forte
arguerent aliquid aduerſum romani re
gni ſtatutum moliri. Sed ⁊ mihi ipſi de
his quāplurimi retulerunt. Quib⁹ ergo
paternam ſecutus ſententiam pari mo-
deratione reſcripſit: ꝙ ſi quis ꝑſiſſet: hu
iuſcemodi hominibus abſqꝫ vllo crimine
mouere negotia: ille quidem qui delat⁹
ꝓ hoc noīe fuerit abſoluatur etiā ſi ꝓba
tur id eſſe quod ei obijcitur xp̄ianus is
autem qui crimen obtendit: reus pene
ipſius quam obiecit exiſtat. Propoſita
epheſi publice in conuentu Aſie.

¶ Capitulū. xiij. de policarpo apoſto
lorum diſcipulo.

HEc ita geſta eſſe teſtantur etiā Melito
ep̄s eccl̄ie Sardenſis in eo
libro quē ad imperatorē.
A ¶ Uerū ꝓ fide nr̄a ac
religione cōſcripſit. Qua tēpeſtate etiā
Aniceto romane eccleſie p̄ſidente: Poli-
carpū romā veniſſe atqꝫ habuiſſe ſermo
nē cum ipſo Aniceto de paſche die: Hyre
neus refert. Sꝫ ⁊ alia quedā de eodē Po
licarpo ſcribit. q̄ mihi dignū videt̄ corpo
ri huic nr̄e narrationis inſerere. Tertio
igit̄ libro aduerſus hereſes: hec deo com
memorat Hyrene⁹. Policap⁹ inquit qui
non ſolū ab apoſtolis erudit⁹ eſt neqꝫ ſo-
lū cōuerſatus eſt cū ijs q̄ dn̄m viderāt ſꝫ
ab ipſis ordinatus eſt. Smyrneoꝝ eccl̄ie
ep̄s. Quē nos quoqꝫ in p̄ria etate noſtra
vidimus. Diu etenī permanſit in vita et
longeua etate perdurans: nobilis viuen
do ſed ⁊ moriēdo nobilior extitit quippe
qui vitā martyrio terminauit. Docebat
autem ſemꝑ ea q̄ ab ap̄lis ipſe didicerat
⁊ eccleſie hec tradebat q̄ ſola vera ducē
da ſunt. Quorum teſtes ſunt omnes ec-
cleſie que in Aſia conſtitute ſunt ⁊ ij per
tempus etiam nunc in Policarpi ſucceſ
ſione perdurant. Multo autem verior ⁊
fidedignior: hic autem eccleſie eſt et veri
tatis teſtis: ꝙ̄ valētin⁹ ⁊ Martiō et cete
ri ꝑuerſe mētis hoīes. Qui etiā ſub Ani
ceto romā perrexit: ⁊ multos ex ſupradi
ctis hereticis ad eccleſiam dei cōuertit.
Hanc ſolā p̄dicās tenēdā eſſe veritatem
quā ipſe ſciret ſe ab apoſtolis ſuſcepiſſe
quā ⁊ tradebat eccl̄ie. Et ſunt adhuc ēt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nunc qui audierunt ab ipſo: quod Joannes apoſtol⁹ diſcipulus dñi apud Epheſum cum balneas lauandi grã fuiſſet ingreſſus: ⁊ vidiſſet ibi Cherinthũ exiluiſſet cõtinuo ⁊ diſceſſiſſet non lotus dicẽs. Fugiamus hinc ne ⁊ balnee ipſe corruãt in qbus cherinth⁹ lauat veritatis inimicus. Idem etiã policarpus Martioni aliqñ cũ occurriſſet dicẽti ſibi agnoſce nos Reſpondit. Agnoſco primogenitũ Sathane. Tanta tunc apoſtoli atq; eorum diſcipuli in religione cautela vtebantur vt ne verbi quidem communionem cum aliqui eorum qui a veritate deuiauerãt habere paterentur. Sicut ⁊ paulus dicit hereticum hominem poſt vnam ⁊ alteram correptionem deuita: ſciens quia peruerſus eſt huiuſcemodi ⁊ peccat: cũ ſit a ſemetipſo damnatus. Extat et epiſtola Polycarpi ad Philippenſes ſcripta peruallida. Ex qua formam fidei eius ac predicationis: ſi quis forte ſalutis ſue ſollicitudinem gerit capere poteſt. Hactenus Hyreneus. Polycarpus vero in ipſa epiſtola quã ad Philippẽſes ſcripſerat vtit teſtimonijs de pria petri ep̃la.

B ¶ Sed enim Antonino qui prius cognominatus eſt viceſimo ⁊ ſecũdo anno principatus exacto: Marcus Aurelius Verus: Et Antoninus filius eius: cum lucio fratre ſuccedunt. Quo in tempore Polycarpus maximis perſecutionibus Aſiam quatientibus: vitam martyrio finiuit. De quo plane neceſſarium duximus memorie tradere maxime cum ſcripta extet epiſtola: ex perſona eccleſie Smyrneorum ad ponti eccleſias data: que de martyrij ei⁹ beato fine deſignat. Cuius exemplum infraſcriptum eſt. Eccleſia dei que eſt apud Smyrnam eccleſie dei conſtitute apud Philemelium: et omnibus qui vbiq; ſunt ſanctis eccleſijs catholicis: miſericordia et pax et charitas dei patris ⁊ domini noſtri ieſu chriſti multiplicetur. Scripſimus vobis fratres de martyribus: ⁊ de beato Polycarpo: qui velut ſignaculo quodam martyrij ſui finem perſecutioni poſuit ⁊ paulopoſt deſcribentes etiam ceterorum martyrum agones talia quedam ſcribunt: Deterrere etenim volentes inſpectantem populum: nunc flagris vſq; ad interiora viſcerum martyres laniabant: ita vt abdita corporis et que natura in archanis locauerat nudarẽtur. Nunc autem marinas cocleas que conchilia vocant: et acuta queq; fragmenta in dorſum ſupinatis martyribus ſubſternebant. In quibus omne tormenti genus et pene ſpeciem conſumentes ad vltimũ deuorandos eos beſtijs exponebant. Sed in his precipue deſignatur vir fortiſſimus effloruiſſe. Germanicus nomine qui per gratiam diuinam ⁊ meritum virtutis: metum corporis fragilitatis excluſit. Volente namq; pro conſule perſuaſionibus aggredi virum ⁊ obijcere ei prime etatis florem debere eum ſumnet ipſius miſerationem capere. Ille nihil moratus ſponte dicit preparatã ſibi beſtiam prouocaſſe veluti tardentes increpans penas. Et inique huius vite vltro velocem expetiſſe diſceſſum. Uerum cum ex huius tam inſigni morte: ſtuporem cepiſſet a ſtantis populi multitudo: et totus chriſtianorum gentis mirari virtutem de contenenda morte cepiſſent: conclamant omnes. Tolle impios. Policarpus requiratur. Sed cum ex acclamatione grauis perturbatio fieret. Cherinthum quendam natione frigem: nuper de ſuis regionibus aduentantem: accidit primo quidem beſtias ceteraq; tormenta ſponte laſcecere: dehinc fractis animis cedere ad vltimum etiam. ſalutem ſegnitia perdere. Que res cum ad martyrium procatia potius: ⁊ temeritate quam deuotione proſiluiſſe declarat. Ipſe namq; ſe iudici ingeſſerat victus. Itaq; exemplum euidens omnibus dedit cautius in rebus talibus et circunſpectius agendum: quia non temeritas: ſed fides: et modeſtia coronatur.

¶ Capitulum decimumquartum agones beati Polycarpi ſtrennuaq; paſſio eius. A

Sed de his qui dez talia geſta ſunt. Inſignis autẽ vir Polycarpus primo quidem cum audiret vulgus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in ſe ac clamationibus excitatum:in nul-
lo penitus motus eſt:ſed manſit impaui-
dus Tranquillus namq̧ erat moribus
⁊ ſerenus aſpectu. Qui cum in eadem
ciuitate velut interritus permaneret:
acquieſcens tamē deprecantibus ſe fa-
miliaribus ſuis:ad agrum quendam ci-
uitati proximū ſecedit:atq̧ ibi cum pau-
cis die noctuq̧ nihil aliud q̄ in orationi-
bus permanet; ꝑ pace eccleſiarum que
vbiq̧ ſunt ſupplicans deo: quod ei face-
re in omni vita ſua moris perpetui fuit.
Sed is in oratione poſitus:ante triduū
quam comprehenderetur: viſionem vi-
det per noctem ceruical capitis ſui flam-
mis eſſe conſumptum. Cūq̧ euigilaſſet
poſt viſum interpretatus eſt aſtantibus
ſomniū ſuum. Dixit pro certo ſe ob xp̄m
per ignem vite exitum ſortiturū. Immi-
nente igitur queſtione: rurſus fratrum
caritate cōpulſus:commigrauit ad aliū
locum. Quo non multo poſt inquiſitores
eius ingreſſi:correptis duobus pueris:⁊
altero ex his verberato:per inditium eiꝰ
ad policarpum perueniunt cum iam de-
clinaret dies. Et ingreſſi: ipſum quidem
offendunt in ſuperioribus quieſcentem.
Unde cum poſſet facilis ei tranſitus eſſe
ad alteram domum noluit dicens. Uolū-
tas domini fiat. Quinimmo et cum com-
periſſet adeſſe comprehenſores ſuos: in
occurſum eis progreſſus: leto admo-
dum vultu ac placido compellare viros
cepit cum ingenti oris gratia: ita vt illi
mirarentur et ſtuperent: quid tantum
ſtudij fuerit:vt vir illius grauitatis ⁊ ho-
neſtatis in tam longeua etate:⁊ tanta vi-
te autoritate poſitus perquiri: ⁊ com-
prehendi ſit iuſſus. Sed ille nihil mora-
tus: continuo apponi menſam hoſtibus
quaſi hoſpitibus iubet atq̧ epulas lar-
gius miniſtrari: vnius hore ab eis ſpa-
tio orationis gr̄a impetrato orabat igi-
tur tanta dei gratia repletus:vt ammi-
rarentur omnes qui aderant:et ipſi qui
ad comprehendendum venerant penite-
rent:quod tam honeſtum virum ac deo
dignum:et ipſa etate venerabilem:rape-
re iuberētur ad penam. Et poſt aliquā-
ta eadem ſcriptura verbis ipſis talia cō-
iungit ex ordine.

B ¶Poſtea vero quā finiuit orationē
memoriam faciens omnium quoſcunq̧
noſſe potuit maiorum minorumq̧:nobi-
lium ⁊ ignobilium: ⁊ totius catholice ec-
cleſie que per orbem terre eſt. Inſtante
iam hora progreditur: et aſino ſedens
ad ciuitatem ducebatur cum eſſet dies
magni ſabbati;pergenti occurrit ei pre-
fectus pacis. Herodes nomine et pater
eius Nicetas. Qui leuantes eum ſecum
in vehiculum perſuadere ſedulo cona-
bantur dicentes. Quid enim mali eſt di-
cere deum ceſarem:et immolare:et de ce-
tero viuere ſecurum. Hec ille primo ta-
citus audiuit: ſed vbi perſiſtebant: ait
ad eos. Quid multis opus eſt. Factu-
rus non ſum quod dicitis. At illi poſtea
quam nihil ſe profeciſſe ſenſerunt indi-
gnatione commoti:cum contumelia eum
vehiculo deturbant: ita vt pedem lede-
ret preceps actus. Sed quaſi nihil paſ-
ſus fuiſſet iniurie tota alacritate contē-
ptus pergebat ad ſtadium quo duci fue-
rat imperatus. Cum vero tumultus in-
gens in ſtadio ex ingreſſu eius fuiſſet ex-
ortus: vox e celo delapſa eſt. Fortis eſto
polycarpe ⁊ viriliter age. Sed autorem
quidem vocis videre potuit nemo audi-
tus tamen ad plurimos venit. Interea
animatur ad furorem tumultus populi
videntes: quia Polycarpus introduci-
tur. Cumq̧ eminus a proconſule interro-
garetur ſi ipſe eſſet polycarpus: ſe eſſe cō-
fitetur. Ergo inquit habeto etatis tue
reuerentiam: et parce vltime ſenectuti
tue. Iura fortunam ceſaris: gerens de
prioribus penitudinem et conclama etiā
tu tolle ſacrilegos. Tum polycarpus to-
uo vultu ad populum qui in ſtadio reſi-
debat aſpiciens eleuata ad celum dexte-
ra cum gemitu proclamauit et dixit. Tol-
le ſacrilegos. Sed inſiſtente proconſule
et dicente iura fortunam ceſarie: ⁊ dic in
chriſtum conuitia: et dimitto te. Polycar-
pus ad hoc. Octoginta inquit et ſex an-
nis ſeruio ei et nihil me leſit vnq̄ quomo-
do poſſum maledicere: et blaſphemare
regem meum qui ſalutem mihi dedit.
Cūq̧ rurſus vehemētius vrgeret vt for-
tunā ceſaris iuraret: ſi hanc inq̄t iactan-
tiā queris, vt ego fortunā Ceſaris iurē: ⁊

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qui ſim ignorare te ſimulas omni libertate audi a me quia xp̄ianus ſuꝫ. Si vero etiam rationeꝫ vis chriſtiane religionis accipere ſtatue diem ⁊ audi. Proconſul dixit. Suade hoc populo. Polycarpus ait. Tibi quidem reſpondi. Docemur enim principibus et poteſtatibus his que a deo ſunt honoreꝫ deferre: eum ſcilicet qui religioni non ſit contrarius. Populo autem furenti ſatiſfacere non eſt meum. Proconſul dixit. Beſtias habeo paratas quibus ſubijcieris: niſi cito penitueris. At ille reſpondit. Adhibeantur. Nobis enim immobilis ſtat ſententia: nec poſſumus de bono ad malum per penitudinem commutari. Melius autem erat ſi hi mutarentur ad bona qui perſeuerant in malis. Tu procõſul inquit. Igni te faciam conſumi ſi tibi beſtie contemnende videntur: nec propoſiti recipis penitudinem. At ille. Ignem minaris inquit hunc qui ad momẽtum incenditur: ⁊ paulo poſt extinguitur: qꝛ ignoras futuri iudicij ignem eternũ qui ad perpetuas penas preparatus eſt impiorũ. Sed q̄d moraris. Adhibere vtrũ voles. Hec et multa alia his ſimilia dicens. Polycarpus confidentia ſimul et letitia replebatur: ita vt alacritatẽ vultus eius reſponſionũqꝫ conſtantiã. Proconſul maximo ſtupore miraretur. Miſſo igitur curione ad populum iubet voce maxima proteſtari. Polycarpum tertio confeſſum chriſtianũ ſe eſſe. Quo audito vniuerſa multitudo tam gentilium quaꝫ iudeorum. Smyrnenſium ciuitatis cum ingenti furore acclamabant. Hic eſt totius Aſie doctor et pater xp̄ianorum noſtrorum autem ſubuerſor deorum. Ipſe eſt qui multos docet ne immolent ne ve adorent deos. Et poſt hec verba acclamabant philippo muneratio: vt leonem polycarpo dimitteret. Qui reſpondit nõ ſibi licere: quia iam editionis ſue munus expleſſet. Tunc illi omnes pariter conclamarunt vt polycarpus viuus arderet. Oportebat enim viſionem eius quã de ardente ceruicali vidit impleri. Que cum dicto citius gererentur ipſis populis ligna vel de balneis vel de publicis quibuſqꝫ locis ⁊ ſarmenta congregantibus precipue iudeis ardentius in hoc ex more ſeruantibus cum omni velocitate extructus eſt rogus. Tum depoſitis ſenior indumentis ac zona reſoluta calciamenta quoqꝫ pedibus tentabat educere: que nunquam niſi a religioſis quibuſqꝫ fide ⁊ deuotiõe ſemetipſos inuicẽ preuenientibus reſolui cõſueuerat. Ita namqꝫ in omni etiaꝫ reliqua vita ſua venerabiliter ab omnibus colebatur. Ut ergo expedita ſunt que ad ignem pertinebant cum eum vellent rogo impoſitum etiam clauis affigere ait. Sinite me. Qui enim dedit mihi ignis ferre ſupplicium: dabit vt ⁊ ſine clauorum affixione flammas immobiliter perferam. Tum illi omiſſis clauis vinculis vſi ſunt ſolis. Quibus poſt tergum manibus retũctis velut electus aries et ex magno grege aſſumptus acceptabile holocauſtum omnipotenti: oblatus eſt deo has preces etiam in ipſa paſſione profundens.

¶ Capitulũ. xv. de oratione Polycarpi cum igni adureretur ⁊ de quiſbuſdam alijs martyribus.

DEus dilecti et benedicti filij tui ieſu xp̄i pater per quem tui agnitionem ſuſcepimus.

A ¶ Deus angelorum et virtutum et vniuerſe creature ac toti⁹ iuſtorum gn̄is qui hoīes corã te viuũt. Bn̄dico te qui me in hanc diem perducere dignat⁹ es: vt particeps exiſterem martyrum et calicis chriſti tui in reſurrectionem vite eterne anime ac ſpiritus mei per incorruptionem ſpiritus ſancti in quib⁹ ſuſcipiar in conſpectu tuo hodie tanqꝫ ſacrificium pingue et acceptabile ſicut preparaſti: et preſignaſti ita ⁊ feciſti. Uerus es tu et ſine mendacio deus. Propterea et in omnibus laudo te: ⁊ bñ dico te: et glorifico te: per eternum deum ⁊ pontificem ieſum chriſtum dilectum filium tuũ per quem ⁊ cum quo tibi in ſpiritu ſancto gloria eſt nunc ⁊ infinita ſecula. Et cum amẽ inſonuiſſet orõne cõpleta ſubijciunt ignem homines igni eterni ignari: cũqꝫ flamma ingens reluxiſſet: vidimus miracula omnes nos quibus ea deus videre

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſonceſſit. Ex quibꝰ ⁊ q̄plurimi a domino ad hoc reſeruati ſunt: vt annunciarent ceteris q̄ viderunt. Flamma etenim in modū camere curuata ſpecie quaſi vel nauis vēto ſinuati ſupra corpus martyris ſtetit. Qd̄ corpus in medio poſitum non erat: vt caro ardēs: ſed tanq̄ ſi aurum aut argētum in fornace cādeſceret. Tunc preterea odorem naribus hauſimus tanquam turis incenſi vel p̄tioſiſſimi fragrantis vnguenti. Ac vltimum videntes ſcelerum miniſtri igni corpꝰ non poſſe conſumi: iuſſere propius accedere confectorem et corpus cui ignis ceſſerat mucrone trāſfodere. Quo facto tam largus ꝓfuſus eſt ſanguis vt reſtingueret rogum. Populus aūt miraculi ſtupore diſceſſit attonitus erga electos dei tā inſigni eius fauore perſpecto.

B Hic eſt ergo ammirabilis ⁊ electꝰ tp̄ibus nr̄is magiſter ap̄licus et ꝓpheticus Smyrneorum eccleſie ſacerdos. Qui omne verbū qd̄ locutus eſt et impletum eſt et implebitur in futuro. Sed ille emulus totius bonitatis et aduerſarius omniū iuſtoꝝ poſtq̄ vidit: ⁊ pro martyrij gloria: ⁊ ꝓ vite egregie v̄tutibꝰ coronatꝰ eſt ⁊ per mortē p̄mia imortalitatis adeptus ſatis agere cepit vt reliquias eius ad ſepulturā noſtris deſiderātibꝰ nemo concederet. Inſtigabat ergo Niceta herodis pater: frater aūt Dalce adire iudicē: ⁊ petere ab eo ne humanum concederet corpus ne forte inquit relinquētes illum q̄ crucifixus eſt xp̄iani hunc colere incipiant. Iudeis maxime iſta machinātibꝰ qui et nr̄os intentis oculis obſeruabant: ne cum flammis adhuc ardentibꝰ raperent. Ignorantes miſerrimi q̄ neq̄ xp̄m aliquando poſſumus derelinquere qui mortem pro totius mundi ſalute ſuſtinuit neq̄ aliuꝫ quemq̄ colere q̄ verū deum et qui ſolꝰ colendus ſit nouerimus. Martyres vero tanq̄ diſcip̄los domini diligamꝰ ⁊ veneremur quaſi integre fidem magiſtro ſeruantes: ⁊ domino quorum nos q̄ꝫ in fide ⁊ perſeuerantia charitatis optamus eſſe participes. Ubi autem vidit centurio tam obſtinatam iudeorum contentionem poſitum in medio ipſum corpus excuſſit: et ita nos poſtmodum ambuſta oſſa pretioſiſſimis gemmis cariora: ⁊ oī auro probabiliora per ignem facta collegimus ac ſicut conueniebat ex more condidimus. Quo in loco etiam nunc preſtante domino ſolennes agimus celebreſq̄ conuentus. Maxime quidem in die paſſionis eius. Sed ⁊ cum eo eorum memorias qui prius paſſi fuerant celebramus vt ſequentium animi ad preceſſorum viam exemplis inſignibus ſuſcitentur. Hactenus de beato Polycarpo. Cum quo etiam alij duodecim ex Philadelphia venientes apud Smyrnam martyrio conſummati ſunt.

C Sed in eadem epiſtola continebatur etiā de alijs q̄plurimis eiuſdem temporis martyribus intexta narratio. In quibus refertur poſt Polycarpū q̄ etiam Metrodorus quidem ex martionis hereſi preſbyter igni ſit traditꝰ. Inter ceteros autem qui per idem tempus martyres extiterunt famoſiſſimus inibi refertur quidam Pionius nomine. Cuius per ſingulas interrogatiōes reſponſionum conſtantiā: et pro fide noſtra ad populum orationes quam apud iudices interritus ſemper aſtiterit docens et diſputans etiam in ipſis tribunalibus vſq̄ his qui in perſecutione titubauerant cohortationibus ſuis ad conſurgendum dexteram dederit: et in carcere poſitus qualiter ingreſſis ad ſe fratribꝰ animos ad martyrij tolerātiam roborarit: quoſve etiam ip̄e pro martyrio tulerit cruciatus vſq̄ ſit clauis affixus ⁊ ardenti rogo ſuperpoſitus: ⁊ vt in his beatum vite fecerit finem. Si quis vult plenius ſcire ex illa que a nobis de antiquis martyribꝰ ſcriptura compoſita eſt plenius diſcet. Poſt hec etiā aliorū apud pergamū Aſie vrbem martyrum geſta referunt. Carpi cuiuſdam ⁊ papirij ⁊ Agotonice optime femine aliarumq̄ multarūq̄ pro beatis confeſſionibus martyrio coronate ſunt.

## Capitulum .xvj. de beato iuſtino philoſopho et martyre.

Cum quibus et vir mirabilis de quo paulo ſuperius fecimus mentionem Iuſtinus cum ſecūdum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iam librum pro religionis noſtre defen-
ſione conſcriptum temporis illius iudi-
cibus obtuliſſet: remunerationem lin-
gue fidelis ⁊ erudite martyrij min⁹ ac-
cepit quodam philoſopho Creſcēte no-
mine cane tam profeſſione q̃ȝ moribus
dolos viro inſidiaſq; tendente. Quoniā
quidam ſepe cum eo diſputans auditio
ribus medijs nō ſolum obtinuerat eum
verum ⁊ vehementius veritate ſibi ſuf-
fragante confuderat. Unde et victorie
ſue palmam martyrijȝ percepit a dño.
Hoc autem ita futurum etiam beatus
ipſe verus philoſophus veritatis: in ea
defenſione quā ab eo cōſcriptam ſupra
diximus aperte ſicut erat futurum pro-
phetica mente predixit his verbis. Nā
⁊ ego inquit ipſe ſpero me ab aliquo ho-
rū quibus pro veritate obſiſto inſidias
eſſe paſſuruȝ ſpero baculo aut claua fe-
riendum. Certe vel accreſcente hoc non
philoſopho ſed philocompo: id eſt non
amatore ſapientie ſed amatore iactan-
tie. Neq; enim dignum eſt philoſophū
nominari eum qui de his que neſcit pu-
blice proteſtatur ⁊ xpianos ſine deo eſſe
et impios dicit ad gratiam et libidinem
eorum quos in errore poſitos ipſe ma-
ioribus laqueis erroris inuoluit. Si em̄
ignoratur ab eo xpi doctria ⁊ ea arguit
que ignorat nequiſſimus eſt: et imperi-
tis multo nequior: q: imperiti vel idio-
te obſeruant ne diſputare audeant de
his que ignorant: ⁊ de illis teſtimonium
perhibere que neſciunt. Si vero legit q̄
apud nos ſcripta ſunt ⁊ aut non intel-
lexit eorum virtutem: aut intellexit qui-
dem ſed diſſimulat ne et ipſe ſuſpectus
habeatur i talibus multo nequior ⁊ de-
teſtabilior iudicandus eſt qui imperiti
vulgi captans fauorē veritatis ac pie-
tatis qua probat hoſtis exiſtit et prodi-
tor. Nam et propoſuiſſe me ei ſcitatis q̄-
dam ex quorum reſpōſionibus nihil ſci-
re conuictus eſt. Et in tantum ſunt vera
que dico: vt putam vobis etiā queſtiōis
habite inter nos diſputationes allatas
Ex q̄bus apertiſſime dignoſcitur q̄ nr̄a
ſunt penit⁹ ignorare. Si ỽo necdū vene-
rūt hec ad notitiā vr̄am patus ſum rur-
ſum vobis audientibus diſputare. Hec
ſunt beati iuſtini verba in q̄bus ſcdm ea
que predixerat per Creſcentis inſidias
martyrio conſummatus eſt. Tatianus
quoq; vir eruditiſſimus in prima etate
ſua cū magna ammiratione oratoriam
docēs: ex qua ⁊ nō parum glorie queſie-
rat poſtmodū ad noſtra ſtudio ſe cōuer-
tens libros etiam ipſe aduerſuȝ gentes
dignos memorie dereliquit in quibus
iuſtini meminit his verbis. Sed et am
mirabilis inquit vir iuſtinus ſatis recte
proſecutus eſt ſimiles iſtos dicens eſſe
latronibus. Et poſt aliquanta cum de
philoſophis quedam dixiſſet addit etiā
hec. Creſcens deniq; ille qui obſedit vr-
bem magnā in puerorū quidem ſtupris
oēs ꝑibant: in pecunie autē cupiditate
nullo inferior erat. Mortē vero cū cete-
ris contemnandam ſuaderet ipſe tam
peſſimam de ea opinionē gerebat: vt iu-
ſtinum tāq̃ȝ vltimo malo traderet morti
ꝓ eo q᷑ veritatē predicans voluptuoſos
⁊ deceptores philoſophos arguebat.

¶ Cap. xvij. pulchra hiſtoria de adulte-
ro q̄ vxorē ſuā ob pudicitiā accuſauerit.

IDez quoq;
Iuſtinus priuſq̃ȝ pro-
priū deſudaret aliorū
qui aň ſe martyres ex
titerūt deſcribēs ago-
nes: in p̄rio defenſiōis
ſue libro talia quedā refert. Mulier ait
quedā cōiuncta erat viro turpi q̄ ⁊ ipſa
prius turpiter vixerat. Hec poſtq̃ȝ xpi
precepta cognouit: pudica effecta viro
quoq; pudicitiā ꝑſuadebat ſuggerēs ei
ſcriptū eſſe in xpianorū p̄ceptis eternas
imminere penas his q̄ pudicitiam in vi
ta ſua iuſtitiāq; cōtēpſerint. Sed ille in
eadē obſcenitate perſiſtens actib⁹ iam
ſuis alienā a ſe faciebat vxorē. Quippe
cū nefas eſſe mulier exiſtimaret in eius
mariti cōtubernio permanere: qui na-
ture lege contēpta nouas vias libidinis
exquirebat. Statuit igiť repudiare iu-
ra coniugij. Sed propinquis interue-
nientibus ⁊ de mariti emendatione pol-
licentibus cōpulſa eſt in eius rurſuȝ cō-
ſortio reſidere. Uerū ille poſt hec. Alexā
driā ꝓfect⁹ cū turpi⁹ agere atq; inceſte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vite maiora nuntiaret augmēta queſiſ-
ſe mulier ne vltra in ꝯiunctione eiꝰ ma-
nens particeps inceſti hoīs haberet li-
bello ei repudij dato diſcedit. Tum ille
egregius maritꝰ: quē gaudere oportue-
rat ꝙ in tātū vxoris ſue caſtitatis profe-
ciſſet vt nō ſolū nihil turpe cōmittere: ſꝫ
ne mariti quidē patienter ferre turpitu
dinē poſſet a quo emēdatione refutante
ꝓ caſtimonie amore diſceſſerit nouo cri-
minis genere ꝓ caſtitate accuſat vxorē
Chriſtiana inquit eſt. Et illa ꝗdē libellū
obtulit imperatori: vt primo ꝑmitteret
ei rem familiarē ordinare tū deinde re-
ſpōderet obiectis qꝺ et indulſit. Uerum
maritus cū mulierē non poſſet arguere
in tholomei cuiuſdā exitiū qui magiſter
mulieris in chriſtiana religione fuerat
tali arte conuerſus eſt. Amicū habebat
centurionē quēdā huic ꝑſuadet vt per-
contaretur a Tholomeo ſi xpianꝰ eſſet.
Hoc tantum Tholomeus tāꝙ amator
veritatis nequaꝙ gloriā ſue ꝓfeſſionis
occultās percunctāti Chriſtianū ſe eſſe
cōfeſſus eſt. Hūc ꝯtinuo centurio in vin-
cula coniecit: ⁊ multo tp̄e ſqualore car-
ceris maceratū ad vltimū Urbitio iudi-
ci obtulit a quo ſimili modo hoc ſolū in-
terrogatus eſt tholomeus ſi eſſet xpia-
nus. Qui rurſum tanti boni ſibi cōſcius
diuinā religionē pretulit: ⁊ de xpi magi-
ſterio ac totius boni inſtitutionibꝰ pu-
blica cōfeſſione teſtatus eſt. Qui em̄ ne-
gat qꝺ eſt ſine dubio culpabile iudicat
eſſe qꝺ negat. Continuo igit̄ poſt cōfeſ-
ſionē ab vitio duci iubet ad mortē. Lu-
cius aūt quidā xpianus vir videns tam
temere datam ſn̄iam ait ad vrbitium.
Quid queſo cauſe eſt ꝙ neqꝫ adulterū
neqꝫ corruptorē aut homicidā vel latro
nem raptorēqꝫ aut alterꝰ cuiuſlibet fa-
cinoris reū. ſed tantū pro nomine xpiani
ꝙ hoc ſe vocabulo cōfeſſus eſt nūcupa-
ri ad mortē duci hominē precepiſti. Nō
ſunt hec digna pio imperatore nec ſa-
piētiſſimo puero filio eius neqꝫ ſacro ſe
natu que agiſo vrbici. At ille nihil aliud
inquirens ait ad lucium videris mihi ⁊
tu xpianus eſſe. Cūqꝫ lucius reſpōdiſſet
hoc plane ſum etiam ip̄m vrbitius du-
ci pariter iuſſit ad mortē. Ille grās ago
inquit ꝙ me nequiſſimis dominis abſo-
lutū ad bonū ⁊ optimū patrem ⁊ regem
omniū deū remittis. Sed ⁊ tertius ꝗd in
pari mō libertate vſus pari quoqꝫ ſen-
tētia punitus eſt. Poſt hec illa iuſtinus
annexuit ex ordine quo paulo ante retu
limus. Id eſt et ego inquit ſpero me ab
aliquo horū quibus pro veritate obſtiti
inſidias eſſe paſſurum ⁊ cetera.

Cap. xviij. ꝗ iuſtinꝰ ſcripta dereliqͥt

Plurima autē ſcripta nobis hic vir ſtudio
rum monimenta dereliquit
quibus erudite eius anime
ac diuinis dedite diſciplinis inditia col-
ligamus. In quibus emolumenti plu-
rimum inuenire poſſint hi qui amorem
doctrine ⁊ ſciētie gerūt. Extat igit̄ eius
liber hic de quo ſuper memorauimꝰ ad
antoninū qui dicebat pius ⁊ filiū eiꝰ ac
ſenatū ꝓ noſtra religiōe ꝯſcriptus. Sed
et ſcd̄us nihilominus defenſionē noſtre
fidei cōueniens quē ſcribit ad ſucceſſo-
rem ſupra ſcripti principis Antoninum
verū cuius tempora nunc cepimus ex-
plicare. Sꝫ ⁊ aliꝰ liber eſt aduerſum pa-
ganos. in quo de ſingulis vel noſtris vel
grecorum philoſophis conferēs diſpu-
tationē latiſſimā ꝯſcripſit. Ibi etiam de
natura demonū diſſerit quedā: que his
inſerere longum eſt. Sed et alius liber
eſt aduerſum paganos ꝗ ſupſcribit cō-
futatio. Eſt alius eiuſdē de monachia:
quem non ſolū de noſtris libris ſed ⁊ de
grecorū voluminibus texuit. Eſt ⁊ alius
qui ſuperſcribit pſaltes. Et aliꝰ velut in
ſubnatatiōis modo de aīa in quo diuer
ſas q̄ſtiones inſeruit ex his ꝗ apud gre-
corū philoſophos agitant. Quibꝰ cōtra
dicturū ſe repromittit ⁊ ſuā de his ſen-
tentiam in illius reſpōſionis volumine
prolaturū. Compoſuit etiā dialogū qua
ſi cum iudeis: quē apud epheſum cū tri-
phone hebreorū nobiliſſimo doctore ha-
buit. in quo exponit quomodo ipſe per
diuinā gratiā ac credulitatē vere fidei
perductus ſit. cū prius immēſum ſtudiū
erga philoſophorū geſſerint diſciplinas
perquirende veritatis amore deten-
tus. Simulqꝫ refert de iudeis ꝙ aduer-
ſum eccleſiam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſum eccleſiam xp̄i inſidijs feralib⁹ agāt et pro his inſimulat triphonem dicens q: non ſolum non potuiſtis pro his que a vobis male geſta ſūt. ſ3 ꝛ viros aptos ad hoc elegiſtis de hieroſolymis et myſticis per omnē terram qui circuirent ꝛ dicerēt impiā hereſim ſurrexiſſe xp̄ianorum ſimul ꝛ criminoſa quedam diffamarent aduerſum nos. Quo ſc3 per hoc ignorantes quiq; deterriti cōſortia noſtra vitarent. In quo non ſolum vobiſipſis: ſed ꝛ alijs opprobria figēdo cauſa mortis extitiſtis. Scribit autem ꝙ vſq; ad ſua tempora prophetie gratia in eccleſijs floruit. Sed ꝛ apocalipſim Joannis apoſtoli eſſe dicit. Propheticis etiā quibuſdā vtitur teſtimonijs ad triphonem conuincēs eū de his ꝙ iudei abſciderint hec de ſcripturis ꝛ abſtulerint. Sed et multa eius alia apud quam plurimos fratrum feruntur. Que ita probabilia ac digna a veteribus iudicata ſunt vt hyreneus ex ipſis inueniaꝛ aſſumere: ꝛ in quarto aduerſum hereſes libro de his hoc modo ſcribere. Et bene inquit iuſtinus in eo volumine quē aduerſum Martionē ſcribit ꝓſecutus eſt dicēs q: ipſi dn̄o nunq; acquieſcerem ſi aliū deū diceret preter omniū creatorē. Et iterū in quinto eiuſdē operis libro dicit. Et optime inquit iuſtinus affirmat: q: ante aduentum dn̄i nunq; auſus eſt ſathanas blaphemare deū. Quippe q̄ nōdū cognouiſſet damnationē ſuā. Hec aūt neceſſario nobis de opuſculis iuſtini dicta ſint ad inquiſitionē librorū eius ſtudioſos quoſq; fideles prouocantibus.

¶ Cap.xix. qui tunc rome Alexādrie et anthioche ep̄i prefuerunt.

IGitur octauo anno ſupradicti pn̄cipis Aniceto vndecimo anno epiſcopatus ſui defuncto ſucceſſit Soter. Apud alexādriā vero Celadio quatuordecim annis miniſtrato ſacerdotio Agrippinum ſucceſſorem reliquit.

¶ Apud antiochiā vero Theophilus per idē tp̄s ſextus ab apoſtolis eccl'ie pontificatū tenebat. Ubi quart⁹ poſt neronē fuerat cornelius. Poſt que quinto gradu heros ſucceſſerat.

¶ Cap.xx. qui tunc eccleſiaſtici ſcriptores enituerunt.

TUnc etiā egeſipp⁹ de quo ſupra memorauim⁹ inſignis habebatur ꝛ dionyſius corinthiorū epiſcopus. Sed ꝛ pinitus nobiliſſim⁹ apud cretā in epiſ fuit philipp⁹ etiā ꝛ apollinaris emelito. Muſanuſq; ꝛ modeſtus ꝛ p̄cipuus hyreneus quorū oim ad nos vſq; apoſtolice fidei ꝛ ſane doctrine preclariſſima monimenta plata ſunt.

¶ Cap.xxi. de egeſippo et que ipſe commemorat.

EX quibus egeſipp⁹ in quinto cōmentariorum libro vbi ſententiā ſue fidei pleniſſima cū aſtructione deſignat: indicat hoc etiā ꝙ cū ad vrbem romam pergeret plurimis per loca ſingula epiſcopis in ſermone ꝛ charitate congreſſus omnes eiuſdē fidei predicatores doctoreſq; repererit. Simul ꝛ de epiſtola clementis ad corinthios ſcripta quedam commemorat que etiam inſerere huic operi noſtro neceſſariū duxi. Ait ergo. Et permanſit inquit eccleſia corinthiorum in predicatione recta vſq; ad primum ep̄m: quē romā nauigans vidi et recedi cū eo apud corinthum dieb⁹ multis delectatus fidei ei⁹ puritate. Cū aūt veniſſent romā ꝑmāſi inibi donec aniceto ſoter ſoteri ſucceſſit eleutherius. Sed in omnibus iſtis ordinationib⁹ vl in ceteris quas ꝑ reliquas vrbes viderā ita omnia habebanꝛ ſicut lex antiquitus tradidit: ꝛ ꝓphete indicarūt ꝛ dominus ſtatuit. Idē ipſe etiā de hereticis q̄ ſuo tempore exorti ſunt talia quedam cōmemorat. Et poſtea ꝙ inqt iacobus q̄ cognominaꝛ iuſtus martyr effect⁹ eſt ſicut dn̄s etiā ipſe reddēs teſtimoniū veritati electione diuina ſymeon cleophe filius epiſcopus ordinaꝛ: electus ab oib⁹ ꝓ eo ꝙ eſſet ꝯſobrin⁹ dn̄i. Propterea aūt tūc eccl'ia vgo vocabaꝛ. q: nōdū fuerat adulterini verbi ſubreptione corrupta



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Sed theobutes quidē quia repulſus nō meruit epiſcopatū ipſe cepit in initio ꝑturbare oīa ⁊ corrūpere: qui erat ex ſe ꝑtē hereſib9 in ꝑplo cōſtitutis. Ex quib9 erat ⁊ ſimō a quo ſimoniani. Cleobin9 vnde cleobiani. ⁊ dotitheus vnde dothithani ⁊ gorgotheus vnde gorgotheni. Et maſbutheus: vnde maſbutheni. Sʒ et Menander vnde menandriani. Ab ipſis ⁊ martioniſte. Et carpogratiani ⁊ valentiani: et Baſilide et ſaturniani. Quorum vnuſquiſqʒ diuerſis corruptionibus fidei ſeorſum ſciſma componens ꝓpriam ſectam: et proprios habuit ſectatores. Ex ipis proceſſere pſeudo xp̄i: ⁊ pſeudo ꝓphete: ⁊ pſeudo apoſtoli qui in diuerſas partes fratrū vnitatē ſcindentes per corruptelam doctrine caſtū eccleſie cubile maculauerunt impietatē loquētes aduerſus dominū ⁊ aduerſus xp̄m eius. Sed et antiquitas iudeorum hereſes idē ipſe ſcriptor q̄ vel quāte fuerint ꝑ hec verba deſignat. Erant inquit diuerſe ſnie in circūciſione. id eſt in filijs iſrael: que maxime aduerſabant tribui iude ex qua chriſtus eſt. Erant ergo eſeni galilei. Emero baptiſte Maſbuthei Samarite Saducei Phariſei. Sʒ ⁊ alia q̄plurima ſcribit de quib9 expertaiam ꝑ locorum oportunitate in ſuperioribus memorauimus. Diſſerit autē ⁊ de euangelio ſm hebreos ⁊ ſyrios. Et quedam etiam de lingua hebraica diſputauit et iudaicarum traditionū meminit per que indicat ſe ex hebreis ad fidem chriſti veniſſe. Uerum ⁊ ipē ⁊ Hyreneus ⁊ omnis antiquorum chorus librū attitulatum ſapientie ſalomonis dixerunt ſicut et prouerbia. Et cetera. De apocriphis vero cum ageret aduerſus quoſdam hereticos corrupta in his quedam ac falſata eſſe perhibuit.

¶ Capitulum. xxij. de dionyſio epiſcopo corinthiorum ⁊ eius ſcriptis.

SEd veniendū nobis eſt tandem ad beati dionyſij commemorationem. Corinthiorū eccleſie epiſcopi. cuius eruditione ⁊ gratia quā habebat in verbo dei fruebantur nō hi populi ſolū quos regēdos acceperat: ſed ⁊ procul poſiti. quib9 per epiſtolas preſentiā ſui reddebat. Extat deniqʒ eius ad lacedemonios ſcripta de catholica fide epiſtola in qua ⁊ de pace atqʒ vnanimitate florentiſſime edocet. et ad alia athenienſes in qua ad euāgelij credulitatē inuitat: ⁊ concitat ſegniores ſimul et arguit quoſdā velut pene prolapſos a fide cū epiſcopus eoꝝ Publius fuiſſet martyrio conſummatus. Sed et quadrati qui publio martyri ſucceſſerat in ſacerdotio meminit ſimul et memorat q̄ labore eius ⁊ induſtria redditi mus quidam in eis calor fidei reparatus ſit. Et illō in eadē deſignat epiſtola q̄ dionyſius ariopagites qui ab apoſtolo paulo inſtructus credidit xp̄o: ſm ea que in apoſtolorū actibus deſignantur: primus apud athenas ab eodē apoſtolo ep̄s fuerit ordinatus. Fertur et alia eius epiſtola ad nicomedienſes: in qua hereſim martionis impugnat: ⁊ eccleſiaſtice fidei regulā mirabili ratione cōſtituit. Scribit ⁊ aliam eccleſie cortinēſiū: ceteriſqʒ ſimul eccleſijs crete in qua ep̄m ipſorū Philippum velut magnis virtutibus ⁊ optimis ſtudijs preditum proteſtatur. Dicit autem ab hereticorum conuiuijs abſtinendū. Scribit et aliam eccleſie amaſtrenorum. ceteriſqʒ cum eapōti eccleſijs in qua bachilidis ⁊ helpirti meminit tāq̄ qui eū cohortati ſint ad ſcribendū. Et multa in ea ex diuinis ſcripturis explanat: ſimulqʒ ep̄i eorū mentionem facit noīe palmee. Sed ⁊ de nuptijs ⁊ caſtitate plurima commemorat. Et ex quocūqʒ lapſu reſurgētes ⁊ cōuertentes ſe a peccato etiā ſi ab heretica ꝑuerſitate reſiliant ſuſcipi iubet. Cōiungitur ⁊ his alia ei9 epiſtola ad gnoſios in qua cōmonet ⁊ deprecat ep̄m eorum Pynitum ne grauia onera diſcipulorū ceruicib9 ſupponat neue fratribus neceſſitatē compulſe caſtitatis indicat: in quo nōnullorū periclitetur infirmitas. Ad q̄ reſcribens pynitus dionyſio ſententiam quidē conſilij melioris amplectitur. Simulqʒ obſecrat eum poſt illa q̄ prius ſcripſerat robuſtioris iam ⁊ validioris cibi decetero ſcripta trāſmittere

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

q̄bus ad meliorē pfectū eccleſie ſue populus alteret̄: nec ſemper cibo lactis inherentes paruuloꝝ vitā in corpe iam ſeneſcente perducerent. Simul ⁊ recte fidei ſue inſigniat ſollicitudinē quā erga curam plebis expendit eruditioniſq; ac ſapientie et verbi diuini: in hac epiſtola penitus nobis velut in quodam ſpeculo viuentem ſui derelinquit imaginem. Dionyſij autem fert̄ ⁊ alia ad romanos data ad ep̄m ſoterem. In qua inſtituta antiquitus tradita: in eccleſia romana cuſtodiri illum libenter amplexum. His indicat vobis. A principio nanq; moris eſt inquit vobis omnes fratres varijs iuuare beneficijs multiſq; eccleſijs que ſunt per diuerſa terrarum loca cuncta q̄bus indigent deſtinare. Singulorū quoq; neceſſitates in omnibus conſolari. Sꝫ et per metalla fratribus relegatis: que vſus poſcit prebere. Hec ab initio romane eccleſie facere moris fuit a patribus ſibi huiuſcemodi inſtitutione dimiſſa: et ſemper integre cuſtodita. Beatus vero epiſcopus veſter ſoter non ſolum ſeruauit que patres tradiderant. ſed et auxit in melius. Qui non tantum ſanctis que vſus corporalis poſcit impartit. verum et aduenientes fratres clementis ſatis et mitiſſimo conſolatur alloquio: et tanq̄ pium ſe ac religioſum patrem ſingulis exhibet. In hac ipſa ſcriptura meminit etiā epiſtole clementis ad corinthios ſcripto ſignificans veteri inſtituto et antiqua conſuetudine ſemper ipſam epiſtolam lectā eſſe in eccleſia. Deniq; ſic dicit beatā inquit duximus hodiernā dn̄icā diem: in qua legim⁹ ep̄lam veſtrā quam ⁊ ſemper noſtri cōmonitionem legimus: ſicut et illā priorem a clemente ad nos ſcriptam. Idem adhuc ipſe de epiſtolis ſuis tanq̄ falſitatis a quibuſdā hec ſcribit. Ep̄las em̄ quaſdā fratribus rogantibus me ſcripſi: quas tamen apoſtoli ſathane zizanijs repleuerunt quedam auferentes: alia autem addentes quibus ve repoſitum eſt in iudicio dei. Quid autem mirum ſi dominica verba ſancte ſcripture falſare conati ſunt. que vilia heque nos ſcripſimus corruperunt. Fertur adhuc et alia preter iſta dionyſij ad criſopophoram fideliſſimā ſororē ſcripta in qua cōuenientes vel ſexui vel menſure ei⁹ rōnabiles ei diuini verbi exhibuit dapes. Sed de dionyſio ſatis ſit dictum.

¶ Capitulum. xxiij. de theophilo antiocheno epiſcopo.

Theophili vero quem anthiochie ep̄m ſupra diximus feruntur tres inſtitutionum libri ad autolicum ſcripti. Et alius aduerſum hereſim hermogenis in quo ⁊ teſtimonijs vtit̄ de reuelatione Joannis. Sed et alijs extant ei⁹ inſtructionū varis ruꝫ libri. Igitur ea tempeſtate hereticis per omnem locū zizanioꝝ modo pura verbi de ſemina maculantibus ⁊ areas apoſtolice doctrine adulterina admixtiōe fedātib⁹ ex omni parte ſacerdotes dn̄i velut vigilantes agricole excutere eorū ⁊ expurgare mala ſemina nitebant̄ ⁊ tanq̄ ſolliciti paſtores inſidiātes lupos gregib⁹ xp̄i clamorībus ſimul inſectatiōibuſq; repellere cōmonēdo fratres inſtruēdo ſcribēdo etiā longe poſitis. Ipſos q̄q; interdum ſicubi corā dep̄hēdiſſent quomin⁹ perurgēdo ⁊ verboꝝ lucta ac diſputationū certamine p̄ſternēdo. Alij etiā poſteris conſulētes q̄ſtiones eoꝝ ⁊ puerſas obiectiōes editis cōmētarijs ꝯfutādo. Inter q̄s ⁊ theophilus de quo nunc loquimur nō ignobili aduerſū eū id eſt aduerſum martionē indicat̄ ex his q̄ legimus diſputatione ꝯgreſſus. Huic igit̄ ſeptim⁹ ab apoſtolis in anthiochene eccleſie ſacerdotio maximus ſucceſſit. Sꝫ ⁊ philippus quē cortinenſis eccleſie ep̄m ſupra diximus nobile etiā ipſe monimentum aduerſum martionē dereliquit. Similiter ⁊ hyrene⁹ Magnificentius autem ceteris modeſtus: qui omnes ipſius deceptiones et fallacias retecto quo velabātur neqtie tegmine denudauit.

¶ Capitulum. xxiiij. de melitone ⁊ ei⁹ ſcriptis.

Melito quoq; Sardenſis. Antiſtes eccleſie et apollinaris apud hierapolim eccleſiam regens celeberrimi inter ceteros



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

habebantur. Qui ⁊ imperatori romano
apologeticos ſiṁiter libros ꝓ noſtra fide
luculentiſſime conſcriptos porrexerunt.
Horū quanta relicta ſint monimenta q̄
ad noſtrā vſqꝫ ad notitiā peruenerunt
infra oſtendit. Melitonis de paſcha li=
bri duo. De optima cōuerſatione liber
vnus. Sed ⁊ de ꝓphetis De eccleſia. De
die dn̄ica. De fide hominis. De figmēto.
De obediētia fidei. De ſenſibꝰ. De aīa ⁊
corpore ⁊ mēte. De lauacro. De verita=
te. Itē de fide. De generatiōe chriſti. ⁊ de
ꝓphetia eius. Iteʒ de aīa ⁊ corpore. De
hoſpitalitate. Iteʒ liber qui dicit̄ clauis.
De diabolo ⁊ reuelatione ioannis. De
deo corpore induto. Et poſt oīa liber ad
antoninū veruʒ. In libello ſuo de paſcha
tp̄s quoqꝫ quo ſcribebat inſinuās ita di=
cit. Sub ſergio inquit paulo pro conſule
aſie: quo in tēpore ſagaris martyrio coro
natus eſt: queſtio ingēs oborta eſt apud
Laoditiam de paſcha: quibꝰ diebus hec
ſcripſimus. Huius etiam ipſius libelli
mentionem facit clemens Alexandrinus
in opere ſuo: vbi de paſche ratiōe ſcribit:
ꝙ ſe dicit ex occaſiōe huius ipſius libelli
qui a melitone prius editus fuerat ſcri=
bere.

B ¶ In eo aūt libro quē ad imperato
rem ſcribit. talia quedam memorat illis
temporibus aduerſum nos geſta. Quod
nunq̄ꝫ inquit factum eſt: nūc perſecutio=
nē patitur genus piorum. Effugant vn=
diqꝫ nouis decretis per omnem aſiam ꝓ
mulgatis. Impudentes namqꝫ homines
⁊ calumnioſi qui rapere aliena deſiderāt
occaſione accepta imperialiuʒ precepto
rum: more predonum die noctuqꝫ graſ=
ſantur et diripiunt innocentes. Et poſt
aliquanta iterum dicit. Et ſi quidem te
iubente hoc faciunt: bonū credamꝰ q̄cq̄d
iuſto imperatore iubēte cōmittitur. Sed
⁊ nos libēter ferimus mortē quā a te co=
gnoſcimus irrogari. Sed hoc eſt ſolum
quod te obſecramus vt ipſe prius mini=
ſtros proteruitatis huius requiras: ⁊ ſi
a te mādate ſunt iſte quas irrogāt mor=
tes ipſe diſcutias. Si vero tuaʒ quoqꝫ cō
ſcientiam preceptum iſtud tam immane
⁊ taʒ barbarū latet: obſecramus ne nos
deſpicias: nec patiaris religioſos ciues
tam publico patrocinio iugulari. Et ite=
rum poſt aliquanta addit etiam hec et=
enim philoſophia hec qua nos vtimur
primo quidem florebat apud Barba=
ros. Introducta eſt autem etiam Roma
ne veſtre conuerſationi Auguſti tempo=
ribus. Ex quo ⁊ regni veſtri ſublimius
culmen aſcendit: obſeruantie huius au=
ſpitiȷ̈s eleuatū. Cuius imperiȷ̈ feliciter ꝓ
pagati: tu felix ſucceſſor exiſtis et tradi=
tum tibi feliciter ſeruas vna cum filio.
Propter qđ ⁊ ſimul tibi cum imperio tra
ditum noſtre philoſophie ritum: pari re=
gione cuſtodi: velut qui ingreſſu ſuo pa=
tribus tuis cauſam proſperitatis intule
rit: ⁊ fidē que cū ipſius Auguſti felicitati
bus adoleuit: integrā tu quoqꝫ nunc re=
gnās illibatamqꝫ conſerua. Quia nec ip
ſe Auguſto in ingreſſu eius vel impro=
greſſu triſte aliquid accidit. Sed te ꝯtra
rio leta omnia ⁊ omnia magnis ſucceſſi=
bus plena: obſecrantibus deuʒ ſummū:
pro imperiȷ̈ eius ſtatu religiōis huiuſce
cultoribus. Nec quiſq̄ꝫ principū niſi Ne
ro ſolus ⁊ domitianus: nequā hominum
ſuggeſtionibus aduerſati ſunt dogmati
noſtro. Ex quoꝝ tp̄e accidit nos falſis ca
lumniȷ̈s infamari. Sed illorum errorem
qui ex ignorantia venerat: emendaue=
runt patres tui qui frequentibꝰ poſt mo
dū decretis: aīaduerterūt i eos q̄ auderēt
moleſtie aliq̄d hmōi cultoribus irrogare.
In quibus auus tuus Adrianus et ad
alios quidem multos iudices: precipue
tn̄ ad fundanium ꝓconſulē aſie: pro hoc
literas dedit. Pater vero tuꝰ tecū pari=
ter romani regni apicē regēs omnibus
quidem generaliter ciuitatibus: maxime
tn̄ ad lariſſeos: ⁊ ad Theſſalonicenſes. ⁊
Athenienſes: pro his mittit edicta. Te
vero multomagis eandē credimus ſer
uare ſniam: imo ⁊ multo clementius cōfi
dimus prouiſurum: tanq̄ꝫ qui vere phi=
loſophie et pure religionis amator exi=
ſtas. Hec et multa alia notabiliter ab eo
ſcripta in libello de quo memorauimus
inſeruntur.

C ¶ In his autem que de explana
tione ſcripturarū ſcribit: quaſi in perfe
ctione enumerat: que ſint volumina ve=
teris teſtamenti que in canone debeant

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

obſeruari. Quam partem ſcripture: videre his neceſſariũ puto. Melito Oneſimo fratri ſalutẽ. Quoniã quidẽ frequẽter me rogaſti pro ſtudio qđ habes erga verbũ dei vt excerpa tibi teſtimonia ex lege et prophetis de ſaluatore ⁊ de fide noſtra: ſimulq; indicere: qui ſit ordo vel numerus veteris teſtamẽti voluminum. Poſtulata libenter expleui: ſciẽs qđ ſit in te diſcendi ſtudiũ vel quãta fidei deuotio. ⁊ eterne vite deſiderio nihil prepo nis. Scias ergo ꝑdiſſe me vſq; ad orientis locum: vbi predicationis noſtre cepit exordium: et vbi geſta ſunt illa omnia q̃ leguntur ſcripta: ibiq; diligenter de omnibus exploraſſe: que eſſent veteris teſtamenti volumina. Ibi igitur que cũ omni inueſtigatiõe ꝯperi hec ſunt Moyſi libri quinq;: Geneſis. Exodus. Numerus. Leuiticus. Deuteronomiũ. Tum deinde ieſus naue: Judicium. Rut. Regnorũ libri quatuor. Paralippomenon libri. ij. Pſalmi Dauid. Salomonis ꝓuerbia ſapientia. Eccleſiaſtes Cantica canticorũ. Job. Prophete aũt Eſaias Hieremias. Duodecim prophetarũ liber vnus. Daniel ⁊ Ezechiel. Eſdras: Ex his ergo et egolgas tibi. i. excerpta teſtimonia in ſex libris digeſta tranſmiſi. de melitiõis monimentis iſta comperimus.

¶ Capitulum. xxv. de apollinare et eius ſcriptis.

APollinaris vere cũ multa a multis habeantur ad nos tamẽ iſta ſunt que venerunt. Apologetic⁹ liber ad predictũ imperatorẽ ſcriptus. Et aduerſum paganos libri quinq;. De veritate libri duo. Et quos poſtmodum edidit aduerſum Cataſrigas. Montanum ſcilicet et pſeudo ꝓphetas eius: q̃ tũc primum deuiãdi a recto itinere exordiũ ſumpſerãt.

¶ Capitu. xxvj. de muſano et hereſi encratitarum et ſeuerianorum.

SEdet muſam cuius in ꝑcedentib⁹ fecimus mentionẽ: fertur libellus multa elegãtia ſcriptus ad quoſdam fratres qui declinauerant ad hereſim que dr̃ Encratitarũ tunc nuper exortam. Cuius autorem extitiſſe. tatianum ſermo aſſerit: illo ipſo de quo in ſuperiorib⁹ memorauim⁹ beato Juſtino teſtimonium dante: cuius eum ⁊ diſcipulum ferunt. De quo tñ hyreneus in primo libro contra hereſes hoc refert.

A ¶ Saturnino inquit et martione deſcenderũt. ij. qui vocantur Encratite: nuptias refutãtes: que adeo antiquitus inſtitute ſunt et ſubtiliter accuſantes illum qui ab initio maſculũ ⁊ feminam ad reſtitutionem humani generis fecit. Sz ⁊ ab animalib⁹ abſtinendũ predicant: ingrati exiſtẽtes deo qui hec humanis vſibus procreauit.

B ¶ Contradicunt etiam primi hoĩs ſaluti. Et hoc nunc inuentum eſt ab eis quibus Tatianus quidem autor extitit: ⁊ huiuſcemodi blaſphemias introduxit qui fuit quidẽ auditor iuſtini: ſed donec cum ipſo fuit: nihil tale ſe ſentire prodidit. Poſtea vero ꝙ ille martyr effectus eſt: abſcidit ſe ab eccleſijs: doctoris arrogantia tumidus: ⁊ elatione nimia inflatus: tanq̃ qui ſe ceteris duceret meliorem proprium mallens ꝙ a veteribus traditum docendi inſtituere ſtilum: ſecula quedã inuiſibilia ſm̃ Ualẽtini fabulas introducens. Nuptias aũt ⁊ fornicationẽ corruptionẽq;: pari iudicãs lege: ſimilia Martioni Saturninoq; confirmãs De ſalute vero Adã indubiũ deducẽda nouis queſtionibus cõmẽtat. Et paulo poſt idẽ Hyrene⁹ addit etiam hec. Non multo aũt inquit poſt. Seuerus quidaz ſupradicte hereſi robur adiungẽs fomẽta maxima ei⁹ ſectatoribus preſtitit: vñ ⁊ magis. Seueriani appellati ſunt. q̃ vtũtur quidẽ lege ⁊ ꝓphetis ⁊ euangelijs: ſed ꝓpria quadã interꝓtatiõe ſcripturarum ſenſum peruertunt. Obtrectant autẽ paulo aplõ: ⁊ refutãt ei⁹ epiſtolas. Sz neq; act⁹ aplõꝝ ſuſcipiũt. Uerũtũ prior eoꝝ autor Tatianus collationẽ quãdã faciens euãgelioꝝ: neſcio quõ cõpoſuit euãgeliũ vnũ ex quatuor: qđ dyateſſeron noĩauit: qđ etiam nũc hr̃ a multis. Dicitur aũt ⁊ nõnulla ex ſermonib⁹ apl̃i permutaſſe: tanq̃ q̃ emẽdare velit ordinem



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cōpoſitionēq; verboꝝ. Reliquit autē hic ipſe infinitū libroꝝ numerū. Sz ille quez aduerſum gentes ſcripſit liber ex oībus ſcriptis eius pcipuus ⁊ valde vtilis cōprobatur. Sed de his ſatis dictum.

¶ Capitulum. xxvij. de bardeſane et de eius ſcriptis.

PEr idē tēpus innumeris hereſib⁹ vbiq; pullulantib⁹ ⁊ pcipue apd meſopotaniā: Bardeſanes qdā vir diſertiſſim⁹ in Sirorū lingua ⁊ vehemēs dyalecticus aduerſum Martionē alioſq; nōnullos dyalogos ſcribit: quos ꝓpria lingua compoſitos edidit. Sed ⁊ plura alia ei⁹ extāt volumina que diſcipuli eius in grecū verte re ſermonem. Erat q; nāq; ita potens in verbo ⁊ doctrina: ⁊ in diſputationib⁹ validus vt plurimos et nobiles viros habuerit ſectatores. Eſt ⁊ ei⁹ ad antoninuz de Fato pontentiſſimus dyalogus. Sed ⁊ alia multa ſcripſit q̄ ſatis vtilia ⁊ perneceſſaria: perſecutionū que nunc erant tpibus extitere. Ferūt autē hunc ipſum fuiſſe primo de valentini ſchola. Sed cuz magiſtrū notaſſet erroris ⁊ ineptas eius fabulas arguiſſet viſus ē ſibi ad meliorē ⁊ rectā fidē ſniāz cōuertiſſe. Nec tñ ex integro veterū erroꝝ ſordes maculāſq; depoſuit. Eiſdem vero temporibus etiam romane eccleſie Soter eps viuendi finez fecit.

¶ Explicit liber quartus.

¶ Incipit liber quintus.

OBitur ſoteri epo octo annis in vrbe Roma ſacerdotio miniſtrato: duodecim⁹ ab aplis ſuccedit eleuteri⁹ ſeptiodecimo anno iperij Antonini veri. Quo in tpe p multas romane orbis ꝓuīcias ex acclamatiōe ⁊ ſeditiōe vulgi: pſecutiōes aduerſuz nr̄os diriſſime ꝯcitate ſūt: ita vt multa milia martyrū p loca ſingula fierent. Qd cōicere ex ijs facile poſſumus: q ad rerū geſtarū memoriā ꝯſeruandā: literis mādata reperimus. Et q̄uis de hoc plenior nobis narratio quā de ſingulorū martyrijs ꝓſecuti ſumus ſuis titulis videatur expoſita: q inſtructionem pariter doctrine ⁊ ſcientie neceſſariā nō minimā continet tñ que etiā preſenti operi cōpetere duximus pauca inſeremus e multis. Alij nāq; ſcriptores hiſtoriaruz referāt bella trophea victorias magiſtratuū ducūq; fortia geſta cōcelebrent: morteſq; ciuiū aut hoſtiū narrēt patriaz cōiuges liberos: diuerſis cūcta cedibus cōfuſa deſcribāt. Noſter hic ſermo quia narrationē ꝯtinet de ijs q ad deū ptinet reb⁹ abſurdum nō erit ſi bella deſcribat que caro ꝓ aīe ſalute perpeſſa eſt: et pugnas quas aīa vt celeſtē patriā recuperaret excepit: ſi certamina eius referat q ꝓ fide veritatis exegit in quibus nō aduerſum mortales milites: ſed aduerſum ſpirituales demones dimicauit nō pro liberis carnis: ſed pro ſpūs libertate. Si in q; monimētis literarū mādemus ꝓlia que nō ꝓ terrarū ſpatijs: nec prouinciarū poſſeſſionibus: ſed pro celoꝝ regno et paradiſi hereditate peracta ſunt. Non regi mortali imperium queſitura: ſed ab immortali rege oīm deo: triumphorū gloriam perceptura

¶ Cap. j. de perſecutione in xpianos ſub antonino vero apud lugdunum ⁊ viennam.

GAlliaruz nobiliſſime vrbes Lugdunenſiuz ciuitas habet ⁊ viennenſiuz. Quas pcipiti lapſu preterfluit rodanus nobiliſſimus fluuiorū. In his q ⁊ quāta erga dei martyres geſta ſint ſupra memoratis antonini veri tpibus: deſcripta p ordinē ab eis ad eccleſias Aſie ⁊ frigie fideli relatiōe tranſmiſſa ſunt. De qb⁹ vt fides certior habeat ipſa ſcriptoꝝ exempla ſubijciam. Serui xpi habitātes apud viēnam ⁊ lugdunuz gallie vrbes fratrib⁹ oīb⁹ q p aſiā ⁊ frigiā eādē quem nos redemptionis chriſti fidē ⁊ ſpeciem gerūt: pax vobis ⁊ gratia ⁊ gloria a deo patre ⁊ chriſto ieſu dño no

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſtro.Et cū nonnulla velut in prefatione
proſecuti viderentur:poſt aliquāta ita
rerū geſtarum ordiunt̄ initium. Tribu
lationis aiunt noſtre magnitudinem:et
gentilium furorem quē ſanctis martyri
bus intenderūt:ſicut eſt enumerare: ne
preſentes quidē ipſi ſufficimus: nedum
ſcriptura cōprehēdere. Omnibꝰ etenim
viribꝰ cōgreſſus eſt inimicus tanq̄ iam
ꝑ acerbitatē perſecutionis aduētus ſui
oſtētaret inita:⁊ ꝑ hoc inſtrueret ⁊ infor
maret miniſtros ſuos:aduerſos ſeruos
dei omne miniſteriū ſceleris ⁊ crudelita
tis explere:ita vt primo domorum nobis
prohiberetur habitatio. Tum deinde
vſus balnearū. Poſt etiā ꝓceſſus ad pu
blicū.Ad vltimū ne oīno in quolibet lo=
co domi foriſq̄ publico priuatoq̄ videre
mur.Sed aderat dei gratia:que fragi=
liores quoſq̄ noſtroꝝ de manibus eorū
eripiebat. Procedebāt autē in medium
viri ſtabiliores colūnis:qui poſſent per
patientiā ſuā nō ſolū ferre impetꝰ quos
excogitabat inimicus:ſed ⁊ vltro expete
re:⁊ ſponte ſe oībus vel opprobriorum
vel tormentoꝝ cruciatibus obiectare:⁊
laceſſantibus iam pene tortoribꝰ ipſi et
adhuc parū putare:ꝓ eo ꝙ moram ſibi
hanc eſſe quodā mō ad xp̄m feſtinanti=
bus crederent. Rebus fere ipſis ⁊ patiē
tie virtute clamantes.q꞉ non ſunt condi
gne paſſiōes huius tp̄is ad futurā glo=
riā que reuelabit̄ in nobis. Ferebant er
go fortiter acclamationes aduerſum ſe
⁊ ꝓbra atq̄ iniurias ppl'i ⁊ cōtumelias
eorū laudes ſuas ducebant. Sed et ver
berari ſe ab eis ac lapidare: ⁊ concludi
patienter accipiebāt:equanimiter ſuſci
pientes quicquid illud furentis vulgi ex
cogitaſſet inſania. Deniq̄ quodā tēpo
re aſtante tribuno ⁊ prioribus ciuitatis
pro ſolis acclamationibus populi:corre
pti ⁊ incarcerem truſi ſunt fratres vſq̄
ad preſentiam preſidis cuiq̄ aduenien=
ti offeruntur. In quos ille tanta crude=
litate vſus eſt:vt ſeuitie eius ſpecies ſin
gulas nemo poſſit exponere.

B ¶Vectius igitur pagathus vnus
ex fratribus qui ⁊ in diuū perfectam ca=
ritatem ⁊ in homines integram cuſtodi
ret:cuius vita cum eſſet adoleſcens ita
erat examinata omnibus ⁊ probata: vt
etiam grauiſſimis ſenibus preferretur.
Incedebat enim in omnibus mandatis
et iuſtificationibus domini ſine quere=
la. Ad obſequia quoq̄ ſeruoꝝ dei prō=
ptiſſimus erat. Is cum zelo diuino ⁊ fer
uore ſpiritus plenus tam crudelia ſer=
uis dei ſupplicia videret inferri:et con=
tra ius faſq̄ tot penas humanis viſceri
bus excogitari indignitatem rei vltra
non ferens poſcit ſe audiri pro ciuibus
optimis quibus nihil impietatis com=
miſſum probari poterat locuturū. Erat
enim et nobiliſſimus inter ſuos et erude
tiſſimus. Uerum cum defenſionem eius
non reciperet obſtinatio iudicis : inqui=
rit tantum ab eo ſi eſſet et ipſe chriſtia
nus. Atq̄ chriſtianum ſe eſſe clariſſima
et libera voce teſtatus eſt tanq̄ aduoca
tus inquit chriſtianorum.et ipſe vincto=
rum numero ſocietur. Sꝫ in hoc illi qui=
dem quid dicerent ignorabant. Ille ve=
ro habens in ſe aduocatum pro nobis
ieſum:hoc nomine meruit honorari: ſan
cti p̄ſbyteri zacharie:que erga ſanctos
plenitudinem caritatis oſtenderat ſecu
tus exemplum. Qui ⁊ ipſe dum fratribꝰ
adeſt:et defenſionem libertatis que in
noſtra religione conſiſtit exequitur: do=
minicum ſecutus exemplum animā ſuā
pro ouibus ſuis poſuit et pro amicis. Et
ideo cum hoc pariter velut diſcipuli fi=
deles chriſti in regno venturo ſequen=
tur agnum quocunq̄ vadit. His igitur
optimis et fideliſſimis ducibꝰ vſus oīs
reliquus ſanctorum chorus prompti et
alacres animas ſuas pro fidei liberta=
te ponebant.

C ¶Aliqui autem impares et in=
firmiores inuenti: et ad illate perſecu=
tionis euehendum pondus inualidi:de
cem ferme numero lapſu ſuo luctum no
bis et ingentem triſtitiam reliquerunt:
et multos animos quos priorum fides
accenderat infregerunt. Unde ⁊ omnes
valde perterriti ſumus:nō propter tor=
menta que crudelius videbantur infer
ri:ſed pro exitu cōfeſſionis incerto quia
multo nos grauius lapſus noſtroꝝ ꝙ
ea que inferebantur tormenta crucia=
bāt. Cōprehendebātur tamen quotidie

quos dignos dominus indicabat in la=
pſoꝝ numerū ſubrogari:ita vt ex vtraqꝫ
eccleſia omnes qui ſtudioſi et magni vi
debantur: ⁊ quorum labore ⁊ induſtria
regebantur eccleſie vniuerſi pariter te=
nerentur. Accidit autem etiam ſeruos
comprehendi quorūdam ex noſtris pa=
ganos: quoniā quidē publice iuſſuz fue
rat requiri omnes et teneri. Quiqꝫ de=
monis inſtinctu cum tormenta pertime
ſcerent que inferri ſanctis videbant: mo
nentibus ſe in hoc ipſum militibus qui
bus ita fuerat preceptum commēti ſunt
aduerſum nos: velut thieſteas cenas et
inceſta edippia perpetrātes: ⁊ alia que
nec proloqui aut cogitare nobis fas eſt
⁊ qualia nec credere quidem poſſumus
aliquando apud homines geſta. Que
cum de nobis diffamata fuiſſent in vul=
gus: horrori maximo ⁊ execratiōi apud
omnes homines eſſe cepimus: etiā apud
eos qui prius aliquid moderationis er=
ga nos ſeruandum eſſe cenſebant. Et
omnes ſimul fremere aduerſuz chriſtia
nos atqꝫ inſanabili odio furere ceperūt.
Tunc vidimus cōpleri illud quod a do=
mino dictum eſt: quia veniet tempus in
quo omnis qui occiderit vos putet ſe ob
ſequium offerre deo.

D ¶ Poſt hoc iam ſupra omne narra=
tionis genus eſt ſuppliciorū et cruciatū
modus qui ſanctis martyribus infere=
batur perurgente ſathana: quo ſcꝫ etiā
illorum confeſſione tale aliquid eliceret
a nobis eſſe commiſſum in quo omnes
pari atqꝫ eodem furore perſiſtebant vul
gus iudex: officium milites perurgētes
precipue ſanctum nomine quēdam dia
conum viēnenſem: ⁊ maturum neofituz
quidem: ſed in fide ⁊ patientia robuſtiſ=
ſimū. Sed ⁊ attalum pergamenum ciuē
qui columna ⁊ firmamentum eccleſie no
ſtre in omnibus fuit ⁊ blandinam femi=
nam: per quam xp̄s oſtēdit: quia ea que
apud homines deſpecta ſunt: et contem
ptui habent in magna gloria apud deū
ducunt: ⁊ q̄ charitas ei⁹: q̄ fragilia ſunt
per naturā ꝑ grām facit eſſe firmiſſima.
Cuꝫ em̄ omnes nos de ea trepidarem⁹
ſꝫ ⁊ ip̄a eius carnalis domina: que erat
ex numero martyrum vereretur ne for=
te blandina cederet in tormentis et pro
debilitate corporis vix ad prime cōfeſſio
nis tormenta ſufficeret: tanta tolerātie
virtute firmata eſt vt reſoluerentur pri⁹
⁊ conſiderent carnificum manus qui ſi=
bi pro contentioſa iudicis animoſitate
inuicem ſuccedebāt. Deniqꝫ a prima lu
ce vſqꝫ ad veſperam tormenta ſemper
innouantes ad vltimum victos ſe confi=
tentur ſtupentes quomodo in ea ſpirit⁹
permaneret cum nihil tam ex corpore ꝑ
ſupplicia reſediſſet. Sed illa vere beata
(vt poſtmodum nobis ip̄a diſſeruit) quo
ties vocem confeſſionis emiſit ⁊ chriſtia=
na ſum proclamauit: toties noue vires
corpori reddebātur ⁊ tanq̄ ablutis per
confeſſionem doloribus inſtaurabatur
recentior ad agones. Eoqꝫ quo magis
intellexerat q̄ vox pia ſenſum doloris ex
tingueret: ſepius ⁊ alacrius xp̄iana ſum
⁊ nihil apd̄ nos mali gerit̄ ꝓclamabat.

E ¶ Diaconus quoqꝫ ſanctus nomi=
ne etiam ipſe ſupra q̄ dici poteſt ⁊ ſupra
quam humanam fas erat ferre naturā
acrius inſiſtentibus miniſtris demonū
quo aliq̄d ab eo elicere poſſent confeſſio
nis illicite noua penarum genera pertu
lit. Et que longe ſubſtātiam humane cō
ditionis excederent. At ille vir deo ple=
nus intantum crudelitates eorum riſit.
et ferinam in queſtione ſeuitiam: vt nū=
q̄ dignus ſit vel quis eſſet genere vnde
domo vel patria vel nomen ſaltim ſuum
eis fateri. Sed de his ſingulis interro=
gatus nihil aliud in omnibus tormētis.
niſi chriſtianum ſe eſſe reſpondit. Hoc
mihi nomē: hoc genus ⁊ p̄ria eſt. Aliud
inquit omnino nihil ſum q̄ chriſtianum.
Unde et incredibilis eos agitabat inſa
nia q̄ tantis penarum gn̄ibus conſum=
ptis extorquere ei nec ꝯfeſſionem quidē
proprij vocabuli potuiſſent. Ad vltimū
candentes laminas eris ⁊ ferri erga in=
guinis loca: ⁊ delicatiora q̄qꝫ membroꝝ
inſtauratis ignibus adhibēt. ex quo car
nes quidem eius aduſte igni defluebāt.
Ipſe vero permanebat immobilis incon
cuſſus intrepidus celeſtibus eterniſqꝫ
fontibus q̄ ꝓcedūt de ventre ieſu huma
nas in ſe tēperās flammas. Uerūtn̄ mē=
bris oib⁹ martyr erat et toto corꝑe vnū

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vulnꝰ horrebat. Perit in eo hūane forme
agnitio: ⁊ non ſolum quis eſſet: ſed ⁊ quid
eſſet tormētoꝝ crudelitas ne agnoſci poſ
ſet abſtulerat. xp̄s tñ in eo ſolus ꝑ marty
rij gloriam recognoſcebatur. qui per eiꝰ
patientiam deſtruebat aduerſarias po=
teſtates et ſuos milites ꝑ tolerantie ro=
borat exemplum oñdens omnibus quia
nihil terribile eſt vbi diligitur pater: nil
doloris eſt vbi fides chriſti eſt. Sed arti=
fices ſcelerum nequaꝙ̄ martyrij erubue
re virtutem. Poſt paucos etenim dies cō
ſiderantes ꝙ ſi tu mentibus adhuc vul=
neribus que indignarētur etiam ad mo
lliſſimum manus tactum tormenta rur=
ſum interrent: ⁊ denuo membra iam pu
trefacta vexarent. Unum de duobus fo=
re aut in ſua eum impietatis iura ceſſu
rū. aut ſi in tormētis aīam poſuiſſet ter=
rorē crudelitatis ⁊ metū ceteris intentā
dū. Sed hoc longe ꝯ̄ ꝙ̄ impij cogitauere
ceſſit. Nā qḋ vix credi ab infidelibus po
teſt reſtitutū eſt in primā ſpeciē corpus
per ſecunda tormēta. Et officia mēbrorū
q̄ abſtulerat p̄ma crudelitas: ſcḋa repa=
rauit ita vt iterata ſupplicia nō ei iā pe=
nā cōtulerint ſed medelam. ¶ Sed ⁊ blā
dina quā pauloante memorauimus: ſi=
mili exemplo ad ſupplicia ſecunda reuo
cat. Que cum ſemiuiua pene ⁊ in mortis
quodā cōfinio poſita iteratis fuiſſet pul=
ſata cruciatibus velut e ſomno quodam
ſubito euigilans in memoriā future bea
titudinis venit et voce conſtanti tanꝙ̄
de excelſo edito cōtionaretur ad populū.
Multū inquit erratis o viri ꝙ putatis in
fantium viſceribus veſci eos qui ne mu
torum quidem animalium carnibꝰ vtun
tur. Et ſic in confeſſione perdurans iteꝝ
numero martyrum ſociata retruditur.

¶ Cap. ij. de eodem.

Sed poſtea ꝙ̄
per beatorum martyrum
patientiam tyrānica eua=
nuere ſupplicia alijs rur=
ſus diabolus machinis op
pugnare parat famulos dei quo ſcilicet
afflictione carceris ⁊ penali ſqualore cō
ſumpti ac ſeptimo vt dicunt puncto in
neruo pedes contra ꝙ̄ credi fas eſt di=
ſtenti in intimo tenebrarum loco per oīa
penarū gñā q̄ furētiū ſeuitia excogitare
poterat deperirent. Quāplurimi ergo
hoc gñe in ergaſtulis cōſumuntur domi=
no ſuſcipiente eorum huiuſcemodi exitū
quibus nec ibi defuit diuine maieſtatis
auxiliū. Aliquanti etem̄ ex his qui ſeuiſ=
ſima tormenta pertulerant nec humane
aliquid medele ꝑmiſſi ſunt conſequi mi
rum in modum virtute dñi conualeſcere
⁊ ſubitā mentis alacritatem ac deſpera=
tū corporis robur recupare ceperūt: ita
vt cohortatione ſua ceteros ad patiētiā
confirmarent qui impatientes erant pe
narum. Illi aūt magis qui nuper fuerāt
correpti ⁊ quorū corpora nōdum tormen
ta ſolidauerant illi deniꝙ̄ erant qui pe=
doris horror ⁊ concluſionis tenebris ne=
cabātur. ¶ Uerū beati fotini lugdunēſis
epiſcopi glorioſam martyrij confeſſionē
fas non eſt ſilentio preterire. Qui cum
monagerio maior eſſet etate et corpore
vtpote illius eni inualidus cetera pene
iam mortuus ſolo martyrij amore viue
bat. Ducitur aūt ad tribunalia imo po
tius defertur ſenio ⁊ langore reſolutus.
Cuius adhuc ſolū anima ſeruabatur vt
chriſtꝰ per eā magnificentius in fragili
corpore triūpharet. Statuitur interea
ſenior pro tribunalibus impie plebis vn
diꝙ̄ clamor attollitur hunc ip̄m eſſe in=
ſonant xp̄ianum. Tū vero a preſide inter
rogatus quis nā eſſet xp̄ianoꝝ deus. Re
ſpondit. Si dignus fueris ſcies. Hinc ꝟo
cunctos velut rabies immenſi cuiuſdā
furoris inuaſit ita vt qui prope aſtabāt
pugnis alij calcibus ſubigerent ſenem
nec etati nec grauitati aliquid reuerē=
tie deferentes. Illi autem qui longius
erant quicquid furentibus teli veniſſet
in manꝰ eminꝰ iaciebant ita vt vnuſq̄ꝙ̄
ſummi ſibi eſſe delicti duceret ſi aliquid
in ſenē ſceleris non intuliſſet. In hoc eniꝫ
vindicandos deos ſuos eſſe credebant.
Quem cū ſeminecē ꝓieciſſent in carcerē
incōtaminatum paulopoſt ſpiritum red
didit. ¶ Per idem tp̄s immēſa q̄dam dei
diſpenſatio procurat ⁊ mīa ex inſperato
chriſti domini arte conquiritur: quod
nunꝙ̄ fere prius a perſecutoribus ge=
ſtum meminimus. Omnes enim hi qui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

primo comprehenſi negauerant fidē correpti traduntur in carcerem. Et quo infelicibus ne ſolamen quidē penalis preſtaretur exitij non quaſi chriſtiani iam ſed tanq̄ homicide ⁊ inceſti detinebātur habentes miſeri duplicem penam. Quorum quidem ceterorum ſupplicia mitigabat ſpes ⁊ corona martyrij. Chriſtiq; charitas ⁊ ſancti ſpiritus gratia reuelabat afflictos. Iſtos autem ipſis penalibꝰ cathenis et pondere carceris grauius conſcientia cruciabat ita vt vultu ip̄o et aſpectu diſcernētur a ceteris: ꝙ illi ꝓducebantur de ſupplicijs leti. Et diuinum quid neſcio in ipſis vultibus preferētes vincula ſua monialia pretioſa ducebant per ſqualorē carceris chriſti bonꝰ odor effecti ita vt viderentur ſibi non in ergaſtulo ſed in miro odore thece cōcluſi. At illi alij triſtes dimerſis ipſis quoq; cōſpectibus horridi et omni turpitudinis deformitate fediores: ſed et ipſis gentilibꝰ in multo opprobrio expoſiti erant tanq̄ degeneres et ignaui qui fidem perdiderint et crimē inuenerint. Et qui chriſtianorum quidem nomine caruerint homicidarum tamen penas non effugerint. Que cuꝫ ita geri viderent ceteri incredibiliter corroborati ſunt ita vt comprehēſi abſq; animi mutatione conſtanter nihil aliud q̄ chriſtianos ſe eſſe faterentur.

C ¶ Et cum quedam his locis fuiſſent longius proſecuti poſt aliquāta iterum hec ſubiungunt. Poſt hec iam per diuerſas ſpecies martyrij eorū velut coronā quādam varijs floribus compoſitam dominus xp̄s interēs offerebat patri vt ab eo velut victores magni agonis remunerationem eternorum ſumerent premiorum. Nam maturus ⁊ ſanctus ⁊ blandina ⁊ attalus munerum diebus innumeris milibus gentium diuerſarum aſpectaculum congregatis ſtatuuntur in medio arene. Et rurſum maturus cum ſancto tāq̄ nihil prius geſtum fuiſſet ad oīa tormentorum ⁊ verberum genera renouantur certantibus omnimodis aduerſarijs quatenus eorū patiētiam frangerent ⁊ ab ipſo vt ita dicam vertice coronas eorum diriperent inſanis populi vocibus inſtigati. Sed illis eo magis animos roborabat ſpes vicine iam glorie q̄ ſibi iam iamq; manu contingere et contrectare dexteris videbantur. Cunq; et ſuppliciorum genera et ſpectaculorū iā pene tempus fuiſſet aſſumptum: nec moueri vllatenus a ſententia valuiſſent cū etiam ſelle ferre ſuperpoſiti conſumptā verberibus carnem ignis ſubter miniſtratus exureret. Ad vltimum infatigabiles martyrum ſpiritus ferre ceſis ceruicibus effugarunt. Blandina vero religata ſtipitem atq; in crucis modum diſtent a beſtijs pabulum preparat̄. Que tamen in ligno pendens vultu interrito et ſatis leto orationem fundebat ad dominum: qua ⁊ ſibi conſtantiam ⁊ ceteris agonis ſui conſortibus perſeuerantiam precaretur. Et facile vota ſperabat implenda que proprijs iuuabat exemplis. Simul ⁊ illud edocens ꝙ paſſionum xp̄i conſortibus certum ſit etiam glorie eius donanda eſſe conſortia. Sed cum nulla ex beſtijs corpus eius auderet ꝯtingere depoſita de ligno rurſuꝫ reuocat̄ ad carcerem alijs adhuc agonibus preparanda vt per multas victorias caput quidē tortuoſi ſerpentis attereret: fratrum veroꝝ animos ad tolerantiam conciperet: ꝑ hoc ꝙ ipſam in paruo et fragilli corpore tot certaminibus permaneret inuicta: ⁊ ꝑ ſingulos agones deſcederet et coronata.

¶ Cap. iij. de eodem.

Attalus quoq; populi vocibus poſtulatur. Erat enim valde nobilis. Et quod cunctis nobilius eſt vir optime conſcientie: ⁊ fidei chriſti per omnia exercitia ſemper martyr. Cūq; circum natus fuiſſet in amphitreatrum titulo ſe precedēte in quo ſcriptū erat Attalus chriſtianus Fremere in eum vulgi inſanientis furor vehementius cepit. Sed cum preſidi indicatum fuiſſet eſſe eum romane ciuitatis virum iubet eum cum ceteris in carcerem recipi. ſimul et ad Ceſarem refert eiuſque ſententiam quid deo iuberet expectat. Verum inter moras poſiti in carcere non infructuoſum ſibi tēpus tranſire patiunt̄ ſed vigore animi ⁊ alacritate fidei ſue eos q̄

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

infirmiores videbantur alabant. Et ipſi nondum martyres cohortationib⁹ ſuis martyres plurimos faciebant. Et q̄ magnū gaudiū matri naſcebant̄ eccl'ie vidēti ſuos filios q̄ pene iam decidiſſe in mortem videbantur: per hos reparari ad vitam, ⁊ monitis eorum multis qui iam negādo velut ambroſum quoddam effecti fuerant quaſi iterum parturiebantur: ⁊ xp̄s in eis iter᷑ formabatur. Docebantur enim ab his: quia deus non vult mortem peccatoris: ſed vt conuertatur et viuat. Igitur cum a Ceſare reſcriptum fuiſſet vt perſiſtentes quidem punirentur negantes autē dimitterētur die quodam celeberrimo in quo ex omnibus prouincijs coeuntes nundinas apud nos agere ſolent in ipſo frequentiſſimo conuentu tribunal aſcendēs ꝑparari ſibi iudex chriſtianos et itroduci ad ſuppliciorum pompam prebendam cunctis qui aderant iubet. Rurſum itaq; cruces rurſum pene rurſum tormenta reparentur. Et ſi qui forte ciues romani reperti ſunt hos plecti capite decernit. Ceteros vero beſtijs tradi. Ingens tamen ab omnib⁹ gloriam xp̄o cōferebatur pro his qui ante negauerant et dimitti neq; negantes potuerant. Nunc vero cum negantibus venia preſtaretur in confeſſione perſiſterent et deperditionis grege reuocati in numero martyrum iungerentur.

B ¶ Igitur cū erga ſupradictos queſtio haberetur Alexander quidam genere frix: medicus diſciplina vir religioſus ⁊ prudens ⁊ vite ac morum probitate cunctis carus acceptuſq; amore dei cōcitatus cū aſſiſteret tribunali nutibus hortabatur ad confeſſionem eos in quos queſtio agebatur ita vt omnib⁹ qui aſtabant palam fieret quid animos gereret. Cūq; id populi notauiſſent indignantes maxime ꝑ his qui quod prius negauerant rediuiua nunc confeſſione reuocabant conclamauerunt aduerſum alexandriū: hec ipſo inſtigante committi. Qui iuſſus a p̄ſide in mediū ſtatui ⁊ q̄s eſſet interrogat⁹ xp̄ianum ſe eſſe libera ꝓfeſſione teſtatur. Quē continuo ꝑparandū beſtijs condemnauit. Et poſtea die ſimul cum Attallo producitur. Quem contra preceptū ceſaris gratificari populis volens etiam ipſum tradi iuſſit. Sz cum ferarum nulla ſanctorum corpora contigiſſet: omnibus eos verberum ceterarūq; penarum ſupplicijs cruciatos ad vltimum in conſpectu populi in medio arene iugulari iubet. Beato Alexandro in omnibus quas perpeſſus eſt penis ne vnum quidem penitus proferente ſermonem: ſed ab initio vſq; ad finem infra ſemeptiſum ſemper cum deo loquente: ⁊ in laudibus eius ac precibus permanente. Attalus vero cum primis ſubter ſubiectis in ſella ferrea torretur cumq; nidor aduſte carnis ad nares: et ora inſpectantis populi perferretur voce magna exclamabat ad plebez. Ecce hoc eſt homines comedere quod facitis vos. Quid a nobis velut occultum inquiritis facinus: quod vos aperta luce committis. Nos enim neq; comedimus homines neq; aliud quod mali agimus. Et cum interrogaretur quod nomen habet deus reſpondit. Qui plures: nominibus diſcernuntur. Qui vnus eſt non indiget nomine.

¶ Poſt hos nouiſſimo iam nundinarum die Blādina rurſus inducitur cum pontico annorum .xvj. fere puero. Quinq; et in priorum cruciatibus iuſſi fuerant ſemper aſtare quo magis ceterorum videntes ſupplicia terrerentur. Statuuntur ergo in medium: iubētur iurare ꝑ deos. Illi vero contrario nullos eſſe agebant iſtos per quos iurare cogerentur. Cūq; alijs quāplurimis verbis exprobrarent gentium deos: inſanire magis in eos cepit populi multitudo neq; teneram pueri etatez neq; ſexum femine miſerantes: ſed per omnia tormentorum genera: quaſi quodam eos circulo peragentes nihil deeſſe penis patiebantur quas crudelitas inueniſſet. Tunc ponticus maximum patientie robur materna cohortatione ſuſcipiens ⁊ perſeuerans in confeſſione fidei impollutum ſpiritum reddidit. Beata vero blandina vltima omnium velut omnium nobilis mater permiſſos martyrij ad coronam filios inſequi iam ſecura feſtinat exultās ⁊ ouās velut ad thalamum ſpōſi inuitata et ad

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nuptiale conuiuium. Ex quo fiebat vt in
verberibus tripudiaret ⁊ craticulis exu
ſta gauderet actam hilaris videretur: ⁊
leta tanq̃ ſi inter dapes regias accuba
ret. Poſt hec ad beſtias traditur: ſed ab
his intacta perdurat. Jnde etiam aliud
excogitatur crudelitatis genus: vt reti
cõſtricta obijceretur tauro ferociter in-
ſtigato. A quo cũ fuiſſet innumeris icti-
bus laceſſita ⁊ toto arene ambitu iacta-
ta nihil penitus leditur: ſed permanet le
to vt ſemper vultu mente conſtant ipſe
ipſa ⁊ animi preſumptione cum xp̄o iam
colloquẽs. Ad vltimum iugulari gladio
iubetur. Stupẽtibus ipſis etiam impijs
⁊ dicentibus ꝙ nunq̃ fuerit femina que
tanta ac talia ferre potuerit.

C ¶ Sed nec ſic quidem ſatietatẽ ali
quaꝫ capere crudelitas quiuit. Antiqui
etenim ſerpentis virulentia concitati fe
ri ac barbari mores manſueſcere neſcie
bant. Ex ipſa quippe ſanctorum patien
tia ſenior eis contentionis rabies accen
debatur. Et velut pudore quodam fati-
gabatur ꝙ maior ineſſet cruciatis quaꝫ
cruciatibus virtus. Et ex hoc ad nefan-
da odia iudex ſimul inſtigabat ⁊ popul⁹
vt ſcriptura compleretur que dicit ini-
quus adhuc inique agat et iniuſtus ad-
huc faciat iniuſta. Jgitur inaudito ſeui-
tie genere eoꝝ qui necabant in carcere
corpora canibus iubebantur exponi: ad-
hibita ſimul cuſtodia die noctuqꝫ ne qui
collectas reliquias humanitatis intui-
tu traderet ſepulture. Sed ſi quid forte
vel beſtijs vel igni reliquum ex corpori-
bus martyrum fuerat: ipſa cum truncis
ſuis capita punitorũ inſepulta per cuſto
diam militum ſeruabantur. Et quereba
tur ſi quid vltra poſſet humana crudeli
tas etiam in eos qui iam vite huius lu-
men exceſſerant. Exultabant tamen gen
tes magnificãtes ſimulachra ſua quorũ
virtute datam in illos vindictam dice-
bant. Si qui vero inter ipſos paulo mi-
tior vel humanior videbatur vbi nũc eſt
aiebat deus eorum. Et quid eis profuit
iſta religio: pro qua etiam animas po-
ſuerunt. Jgitur apud illos erat varium
illud inſultationis genus. Apud nos ve-
ro ingens luctus habebatur precipue ꝙ
non poſſemus corpora humi tradere.
Quippe quibus nec noctis tempore ali-
qua ad hoc oportunitas prebebat. Ne-
qꝫ in muneribus ſuadere cuſtodes neqꝫ
precib⁹ aut vllo alio genere copia erat:
ita attente et ſollicite curabant ne dare-
tur extremis oſſibus ſepultura. Poſt ali-
quot autem dies cum nullam ſepelien-
di gratiam preſtitiſſent: incẽſa oſſa mar
tyrum ⁊ in fauillaꝫ redacta cum reliquo
terre puluere in rodanum fluuium diſ-
perſere: ne vſquam eorum reliquie reſi-
derẽt. Quaſi vo hoc agentes deũ vince-
rent: et ſicut dicebãt ſpem eis per hec re-
ſurrectionis adimerent. Sperantes enĩ
aiebant de ſepulchris quandoqꝫ ſe eſſe
reſurrecturos: idcirco noua neſcio qua
perſuadente ſibi ſuperſtitione leti ſe tor
mentis mortibuſqꝫ ſubijciunt. Nunc vi-
deamus ſi reſurgent: et ſi poteſt eis adeſ
ſe deus eorum et eripere eos de manib⁹
noſtris. Hec ſunt que illis temporib⁹ ge-
ſta ex epiſtola fratrum lugdunẽſium de-
clarantur. Ex quibus quid etiam per ce
teras prouincias geri potuerit coniectu
ra capiendum eſt.

D ¶ Referuntur adhuc in ipſa ep̄la
ad quedam etiam de humilitate ⁊ man-
ſuetudine beatorum martyrum que di-
gnum p̄nto ad hec ſuis ſermonibus ſicut
cetera ſociari. Quiqꝫ aiunt ad imitatio
nem chriſti qui cum in forma dei eſſet nõ
rapinam arbitratus eſt eſſe ſe equalem
deo: in tanta gloria poſiti vt ſemel et ite-
rum ac frequẽtius martyres facta poſt
beſtias poſt ignes ⁊ laminas neqꝫ ſeipſi
martyres dicebãt neqꝫ alijs ita ſe appel
lantibus indulgebant. Sed ſi forte aliqs
noſtrum vel in epiſtola vel in ſermone
eos martyres nominaſſet: increpabant
acrius dicentes quod hec appellatio ſoli
chriſto debetur: qui ſolus veritatis fide-
lis eſt martyr: et qui primo genitus eſt
ex mortuis: et autor vite eterne. Vel cer
te illis ſolis aptum hoc eſſe vocabulum:
qui poſt bonam confeſſionem diſcedere
de hac vita ⁊ pergere meruerũt ad deũ.
Nos autem aiebant humiles et egeni
optamus vt ipſa ſaltim in nobis confeſ-
ſio tuta permaneat. Jn quo etiam cete-
ros fratres cũ lachrymis obſecrabant vt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pro eis dominum precarentur: quo pfecte confeſſionis ſignaculum martyrium mererentur accipere. Et tanta in eis humilitas erat: vt cum rebus ipſis eſſet martyres nominis tamen iactantiam fugerent. Apud gentiles vero cum omni fiducia conſiſtebant: nobilitatē anime per contemptum iniurie ⁊ ſuppliciorum patientiam demonſtrantes. Erant ergo inter fratres humiles inter perſecutores elati: ſuis mites aduerſarijs terribiles. Chriſto ſubiecti diabolo erecti: humiliabant ſe ſub potentiſſima manu dei. per quam nunc ſublimius exaltati ſunt. placabant oēs accuſabāt neminem ſoluebant cunctos: ligabant nullum. Orabant etiam pro perſecutoribus ſuis: vtētes ſermone ſancti Stehpani primi martyris: et dicentis. Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Aduerſum quos eo vehementiora diabolus prelia concitabat quo per nimiam charitatem quam habebāt in xpo ieſu: etiam eos qui lapſi fuerant: et quos iam ſe immanis illa beſtia abſorbuiſſe crediderat rurſum viuos de internis eius viſceribus educebāt: ⁊ velut matres erga paruulos ſuos ita erga eos totis profuſis miſerationū viſceribus inherebant: omnipotenti deo effundentes pro ipſis fontes ac flumina lachrymarum. Uitā petebant eis adeo tribuebatur eis. Nec ſibi gratum iter ducebant eundi ad dominum velle tam putabāt martyrij forte coronā: ſi patrem membrorum ſuorum de eccleſijs raptā: velut ſponſalia quedam detentari a diabolo permiſiſſent: ſuper omnia autem pacem ⁊ ipſi diligebant: ⁊ nobis ſeruare mandabant. Nec aliam ſibi niſi per pacem viam ad martyrium conſtruebant: cauentes ne vllam poſt ſe diſſenſionem fratribus: ne eccleſie matri meſticiam derelinquerēt: ſed pacem ſemper habēdā pacem fratribus cuſtodiendam: et charitatem precipue tenendam que eſt vnitatis et concordie vinculum commonebant. Nec non inutiliter vt opinor a nobis ad edificationem legentium memorie tradita ſunt: que ex tantorum virorū autoritate deſcēdunt: ꝓpter eos q̄ tumidi ⁊ inflati aduerſum fratres ferūt. Et ſi q̄ forte titubauerint miſerationū xpi viſcera ab eis putant penitus excludēda.

¶ Refertur adhuc in eadē ſcriptura ⁊ alia narratio: quā cognitionis cauſa hic inſerere dignum putaui. Alchibiades quidam erat in numero eorum qui pro xpo vincti tenebant. Hic vitam ſatis arduam ⁊ auſteram gerebat: nihil cibi volens accipere: ſed tantum ſale ⁊ pane cum aqua vtebatur. Cumq; huic vite rigorem vellet etiam in carcere poſitus obtinere. Attalo poſt primā cōfeſſionem ſuam quam in amphiteatro cōfeſſus eſt reuelatur q2 non recte faceret. Alchibiades creaturis dei ⁊ ipſe non vti et alijs formam ſcādali derelinquere. Quib9 cognitis. Alchibiades cepit oīa cū grarū actiōe pcipere. Quia que illi reuelabat ſpūs vt doceret: ⁊ huic vt ſequeret idem ſpiritus perſuadebat. Sz de his finis ſit. Igitur montanus ⁊ Archibiades ⁊ theodot9 in Frigie partib9 tunc primū apud q̄plurimos in ꝓphetarū opinionem venerūt. Et quia per illud adhuc tempus multe etiam alie virtutes et grē in diuerſis eccleſijs p donū ſanctiſpūs miniſtrabātur: facile accommodata eſt fides etiā his potuiſſe ꝓphetie gratiā dari. Cūq; plurima inter fratres diſſentio fuiſſet exorta. Rurſum eccleſie galliarū iudiciū ſuum ⁊ ſniam de his quoq; cū oī reuerētia: ⁊ recte fidei expoſitione decernunt: epiſtolas martyrū: qui apud eos cōſummati fuerunt proferētes quas illi in vinculis poſiti per aſiam et frigiam fratrib9 cōſiſtentibus ſcripſerant ⁊ eleutherio vrbis rome epiſcopo: de pace eum eccleſie cōmonētes. Quiq; etiā hyreneū tunc adhuc eccleſie lugdunenſis pſbyterū ſupradicto vrbis rome epiſcopo eleutherio cōmendabant teſtimonium vite eius phibentes ſicut ipſorum etiam voces que infra ſcribuntur oſtendunt.

¶ Capi. iiij. martyres hyreneū Eleutherium commendant.

Manere te i deo iterum ⁊ ſemper optamus pr eleutheri rogauim9 fratrem ⁊ ſocium noſtrum hyreneum hec tibi ſcripta deferre. Quem depreca

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nur vt habeas commendatum. Emula=
tor namq; eſt teſtamēti xpi. Scimus eñ
q̄ ſolus officij gradus non facit aliquem
iuſtum: quo tamen iſte recte vtitur in pſ̄=
byterio: ſed plus enim ex vite merito cō=
mendamus. Enumerāt etiam poſt hec
diuerſorum martyrum glorias: quanti
ferro ceſi. quanti beſtijs: quāti ignibus:
quāti etiam ſqualore carceris aſſumpti
ſunt. Que ſi quis vult plenius noſcere:
ipſas ex integro requirat epiſtolas.

¶ Capitulum quintum quod genti=
lium exercitum liti periclitātem mili=
tes chriſtiani pluuia a domino preci=
bus impetrata ſaluant.

Bitur antoni
ni temporibus quibus hec
geſta referuntur. Marcum
aurelium fratrem eius ceſa
rem bella inferētem germanis ac ſarma
tis tradunt hiſtorie cum ſic eius pericli=
taretur exercitus eſtuantem et querentem
quid facto opus eſſet reperiſſe in legione
quoſdam milites chriſtianos. Quibus
vt noſtris moris eſt flexis genibus de=
precantibus exaudiſſe deum depreca=
tiones eorum: et ſubito contra omnium
ſpē largiſſimis imbribus profuſis exerci
tus quidem periclitantis pro quo oraue
rant chriſtiani ſitim ſedatam hoſtes ve=
ro qui iam exicialiter imminebant ful=
minibus crebris: et celitus prolapſis igni
bus effugatos. Quod factum refertur
quidem: et ab hiſtoricis gentilium. Sed
quia noſtrorum orationis impetratum
ſit non refertur quippe apud quos etiaʒ
cetera miracula q̄ a noſtris geſta ſunt
non habent fidem. Noſtrorum vero et
tertulianus hoc memorat: et apud gre=
cos apollinaris. Qui etiam ipſam legio
nem pro inſignis facti miraculo mutato
nomine vocitatam dicit ab imperatore
Fulmineā. Tertulianus vero marci im
peratoris epiſtola etiam nunc haberi di
cit quibus de his apertius indicatur.
Sed nos iam ex hoc ad hiſtorie ordinem
redeamus.

¶ Igitur photino nonageſimo vite ſue
anno cum ceteris gallie martyribus con
ſummato. Hyreneus Lugdunenſis ec=
cleſie ſuſcepit ſacerdotium. Quem hyre=
neum polycarpi auditoreʒ fuiſſe in pue
ritia cōperimus. Hic in tertio aduerſum
hereſes libro Eleutherij epiſcopi tempo
ribus (que tempora nunc habemus in
manibus) ſcribere ſe opus illud indicat
his verbis.

¶ Capitulum ſextum de ſucceſſione
epiſcoporum romanorum.

Undata igitur
et edificata eccleſia beati apo
ſtoli ligno officium epiſcopa=
tus iniungunt. Cuius Lini
Paulus in epiſtola ad Timotheum me=
minit. Huic ſuccedit Anacletus. Poſtq̄
tertio loco ep̄atum ſuſcepit Clemēs. Hic
autem cum beatis ap̄lis fuit: et cum ipſis
vitam ſemper exegit: atq; ab ipſis inſtitu
tus: recentem gerebat traditionis eoruʒ
memoriam: et predicatiōis eorum formā
ſemper habebat in oculis. Sub hoc ergo
Clemente: ſeditio non modica exorta eſt
apud corinthum inter fratres: ita vt ex
perſona romane eccleſie: ſcriberet ipſe
clemēs ad corinthios ep̄lam neceſſariā:
que eos reuocaret in pacem: et fidem eo=
rum que concuſſa fuerat renouaret: ex=
primens in ea apoſtolorum traditionem
quem nuper ab eis ipſe ſuſceperat. Et
poſt aliquāta iterum dicit. Huic aūt cle
mēti ſucceſſit euariſtus. Et euariſto Ale
xander. Et poſt hunc ſextus ab ap̄lis or=
dinatur ſixtus. Poſtq̄ Thelephorus qui et
illuſtre martyriū duxit. Poſt hunc hygi=
nus. Deinde pius. Poſtq̄ anicetus. Huic
ſucceſſit ſother: qui nunc duodecimo loco
ab ap̄lis ep̄atus obtinet ſortem et eaſdē
quas apoſtoli tradiderunt predicatiōes
diuine fidei integritas illibataſq; cuſtodit.

¶ Capitulum. vij. q̄ illis temporibus
per chriſtianos miracula fiant.

Ec hyreneus i
ſupradictis libris complexus
eſt. Sed et in ſcđo nihilominus
eiuſdem operis libro dicens
etiaʒ ſuis tēporibus reliquias quaſdam
diuine virtutis in eccleſijs inueniri hoc
modo ſcribit. Abeſt autē longe ab eis vt
mortuum ſuſcitent ſicut dn̄s ſuſcitauit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ꝛ apoſtoli per orōnes. Sed ꝛ fratres fre
quenter fecerunt hoc in plurimis eccle=
ſijs. Ita vt omni ſimul ecclia congrega=
ta ieiunijſqꝫ orationibus multis ad deū
ꝓfuſis conuerteret̄ ſpūs mortui et red=
deretur homo viuus per orōnes ſctōꝝ.
Et iterū dicit poſt aliquanta q̄ ſi dñm ꝑ
ſantaſiam. dicent feciſſe hec: ad prophe=
tas veniamus: q̄ hec ab eo gerenda eſſe
ꝑdixerant: et q̄ confirmarūt hūc eſſe filiū
dei. Propter qđ et diſcipuli ſui in ipſius
noīe: ꝛ ab ipſo accipientes grām. faciūt
hec: ad ſubueniendum ſaluti hoīm ꝓut
vnuſquiſqꝫ meruerit. Alij namqꝫ demo=
nes fugant: ꝛ ita eos qui incurſati ſunt
purgant: vt interdum ipſi illi qui cura=
ti ſunt: credētes in ecclia permaneant.
Alij aūt preſcientiam accipiunt futuro=
rum ꝛ viſiones ꝓpheticas vident. Alij
infirmos manu ſuppoſita reſtituunt ſa=
nitati. Sed ꝛ mortui ab his aliquoties
ſuſcitati ſunt: ꝛ ꝑmanſerunt nobiſcū per
annos multos. Et quid plura: nō eſt nu=
merus ſingularū virtutū que ꝑ vniuer=
ſum mundū in ecclijs dei geruntur per
gratiam ꝛ nomen Jeſu xp̄i ſub pōtio pi=
lato crucifixi. Que tñ quotidie fiunt non
ob aliquā nūdinationē neqꝫ ob pecunie
queſtū. ſed ſicut gratis gratia accipit̄ a
deo: ita gratis eadē miniſtratur. Et ite=
rum alio in loco idem hyreneus ita ſcri=
bit. Sicut (inquit) audiuimꝰ multos ex
fratribus in eccleſia grām habentes ꝓ=
phetarum ꝛ oībus linguis loquētes per
ſancti ſpiritus donum. Qui et myſteria
et ſecreta dei in manifeſtū cum expedit
proferunt. Hec aūt inſeruimus vt oſtē=
deremus diuerſas ſanctiſpūs gratias:
vſqꝫ ad illa adhuc tēpora apud dignos
quoſqꝫ in eccleſijs perduraſſe. quoniam
quidem in initijs polliciti ſumꝰ hoc nos
in tempore probaturos.

¶ Cap. viij. aliq̄ de q̄buſdam no. teſta. li=
bri ꝛ de trāſlatiōe. lxx. ex hyrenei ſnia. A

SEd ꝛ de or=
dine canonis diuinarū
ſcripturarū quid etiam
ſupradictꝰ vir hyreneꝰ
ſentiat ipſius nihilomi=
nus ſermonibꝰ ꝓfera=
mus. Primo inquit de ſanctis euange=
lijs videamꝰ. Mattheus quidē hebreis
propria eorū lingua conſcriptum edidit
euangeliū cū Paulus ꝛ petrus in vrbe
roma euangelizarent: atqꝫ eccleſie inibi
fundamenta ſolidaret. Poſt quorū exi=
tum Marcus diſcipulus ꝛ interpres pe=
tri euangelium quod ille predicauerat
digeſſit in libro. Poſt hec Joannes diſci
pulus domini qui et ſupra pectus eius
recubuit: edidit euangelium apud ephe
ſum vrbem aſie poſitus. Hec in tertio ſu=
pradicti operis libro. In quinto vero de
reuelatione Joannis ſcribens: ꝛ de nu=
mero nominis antichriſti: hec refert. Cū
igitur hec ita ſe habeant et in omnibus
rectis ꝛ antiquis exemplaribus iſte nu=
merus inueniatur. ſed et illi hec eodem
conteſtentur qui Joannem viderunt in
corpore poſitum: ꝛ verbum domini pre=
dicantem: qꝛ numerus beſtie ſecundum
grecorum computum et literas que in
eadem cōſcribūtur. Et paulo poſt iterū
ſubiungit hec. Nos ergo periculum in=
currere nolumus de antichriſti nomine
cōfidentius aliquid pronunciantes. Si
enim oporteret hec euidentes et palam
in hoc iam tēpore predicari vtiqꝫ et per
illū qui apocalipſim ſcripſit: nomē eius
euidenter fuiſſet expreſſum: quia nec illa
reuelatio ante multum temporis facta
eſt: ſed pene iam noſtra etate prope finē
Domitiani Ceſaris. Hec nobis etiam
de apocalipſi vir ſupra memoratus ex=
poſuit. Meminit autem prime epiſtole
Joannis: et prime petri: plurimaqꝫ ex
ipſis ſumit exempla. Necnon ꝛ libellum
qui dicitur paſtoris amplectitur dicēs.
Bene ergo refert ſcriptura que dicit pri
mo omnium credendum eſt: quia vnus
eſt deus qui omnia creauit atqꝫ compo=
ſuit. Utitur autem et teſtimonijs de ſa=
pientia ſalomonis. Sed ꝛ apoſtolici cu=
iuſdam viri cuius nomē reticuit: ſermo=
num quaſi memoriter meminit. Juſtini
quoqꝫ martyris: et ignatij memoriā fa=
cit: ꝛ ea que ſcripſerunt producit in me=
dium: ꝛ promittit ſe quoqꝫ aduerſuꝫ ſcri=
pta Martionis reſponſurum.

B ¶ Sꝫ ꝛ de ſeptuaginta interpretibꝰ
diuinarum ſcripturarum audi quibus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

referat verbis. De⁹ inquit homo factus
eſt: ⁊ ipſe dñs ſaluabit nos: qui dedit ſi-
gnum illud qđ de virgine ſcriptū eſt. Et
non ſicut quidam dicunt eorū qui modo
auſi ſunt aliter interpretari ſcripturas
⁊ aiūt. Ecce iuuencula in vētre accipiet
⁊ pariet filium. Sicut interpretatus eſt
theodotion epheſius: et aquila ponti-
cus: ambo iudei proſeliti. Quos ſecuti
ſunt Ebionite: qui dicūt xp̄m de ioſeph
natum. Et pauca iterum infra ſubiūgit.
Prius enim inquit ꝙ romanorū inuale-
ſceret principatus: cum adhuc macedo-
nes aſiam poſſiderent. Ptolomeus lagi
filius volēs bibliothece ſue quam apud
Alexandriam ex omniū veterū grecorū
voluminibus conſtruebat: maiorē glo-
riam querere: petijt etiam ab hieroſo-
lymis vt hebreas eorum ſcripturas in
grecam linguam interpretas acciperet.
At illi (ſubiecti quippe erāt macedoni-
bus) electos ⁊ in ſcripturis ſanctis eru-
ditiſſimos atq; in vtraq; lingua peritiſſi-
mos viros ſeptuaginta pſbyteros: mi-
ſerunt ad ptolomeū. In quos tamen dei
voluntas ⁊ conſilium gerebatur. Tum
ille ſingulorum volens accipere docu-
menta et verens ne forte per interpre-
tationem occultarent inſertam diuinis
voluminibus veritatem: ſingulos a ſe
inuicem ſeparat: ⁊ eadem ſeorſum poſi-
tos interpretari iubet eūq; ordinē inter
pretandi in ſingulis quibuſq; volumini
bus obſeruari. Quoſq; rurſum ſe coraz
in vnū oēs reuocari: et cōferre adinuicē
que ſinguli interptati ſunt facit. Et tūc
deus vere glorificat᷑: ⁊ ſcriptura ſancta
ꝙ vere diuina eſſet agnoſcitur. Omnes
eīn eadē hiſdem verbis: eiſdēq; nomini-
bus ac ſentētijs ſcripſerāt ab initio vſq;
ad finem: ita vt et ipſi qui aderant gen-
tiles agnoſcerent quia de nutu ſcriptu-
re tūc interpretate ſunt. Et nihil mirum
ſi diuina puidentia hoc ita fieri procu-
rauit: cum in ea captiuitate que populo
acciderat ſub Nabuchodonoſor rege
corruptis ſcripturis cuz poſt .lxx. annos
iudei ad patriam ſuam redirent tēpo-
ribus Artaxerſis Perſarū regis: inſpi-
rauerit deus heſdram ſacerdotē ex tri-
bu leui: vt omnia priorū prophetarum
volumina ac verba repararet: ac reſti-
tueret populo legē que per moyſen fue-
rat data. Hec hyreneus.

¶ Cap. ix. de pantheno philoſopho viro ⁊ eruditiſſimo ⁊ chriſtianiſſimo.

IGitur decem
et nouez annis Antoninus
cū in impio pdurasset: poſt
exceſſum ſui pricipatū. Cō-
modo dereliquit. Huius primo imperij
anno Julianus apud Alexandriam ſa-
cerdotium accipit. Agripino exactis
duodecim annis in epiſcopatu defun-
cto. Cum per idem tempus ſole eccleſia-
ſtice ⁊ doctoris officio: preeſſet vir in om-
ni eruditione nobiliſſimus panthenus.
Ex quo apud eos conſuetudo antiqui-
tus tradita. vſq; in hodiernum perma-
net: diuinarum ſcripturarum doctores
mihi ſole eccleſiaſtice haberi viros dū-
taxat in ſcientia et eruditione pbatiſſi-
mos. Huius ergo officij velut autor qui
dam: ⁊ dux vir de quo ſupra diximus: ſa-
tis illuſtris habebat᷑. Quippe qui etiaz
in philoſophis prius qui Stoici appel-
lantur: nobiliter claruiſſet. Cuius tan-
tum ſtudij erga verbum dei et tantum
amoris fuiſſe traditur: vt etiam ad pre-
dicandum chriſti euangelium omnibus
gentibus que in orientis vltimis ſeceſ-
ſibus recondunt᷑ fidei et deuotionis ca-
lore profectu ſit: et vſq; ad indiam cite-
riorem: verbum dei predicando perue-
nerit. Erant enim adhuc in illis tempo-
ribus ⁊ euangeliſte nōnulli qui ad imi-
tationem ſanctorū apoſtolorū in diuer-
ſis orbis partibus oberrantes per gra-
tiam dei et animi ſui virtutem: verbum
dei et fidem chriſti: ignorantibus qui-
buſq; gētibus inferebant. In quib⁹ pre-
cipuus et illuſtris panthenus habeba-
tur. Quem ferunt cum ad indos perue-
niſſet repperiſſe ꝙ Bartholomeus apo-
ſtolus apud eos fidei ſemina prima cō-
diderit ⁊ Matthei euangelium Hebreis
ſcriptum literis dereliquerit: quod per
idem tempus ſupradictus Pathenus
inibi repertum detulerit. Sed ⁊ in mul-
tis preterea alijs doctrine eccleſiaſtice
ſtudijs: apud alexandriam claram ſa-

tis et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nis ⁊ nobilē vitā: optimo ⁊ admirabili fi-
ne cōcluſit. Tā viua voce diſcipulos in-
ſtruens quā ⁊ librorū monimentis etiā
poſteris theſauros ſciētie derelinquēs.

¶ Cap. x. de clemente alexandrino.

IN his diuina-
rum eruditionum ſcholis ꝗ
maxime effloruit apud Ale-
xandriā Clemēs: eodē voca-
bulo quo ⁊ in vrbe roma: apoſtolorum ⁊
ſucceſſor ⁊ diſcipulus vocitatus. Deniq;
hic ipſe clemens in ſeptimo diſpoſitionū
libro: Pantheni tanq̃ magiſtri ⁊ prece-
ptoris ſui mentionē facit. Sed ⁊ in p̄io
libro ſtromatum. Hunc eundē deſignat
in eo loco vbi enumerat: ꝙ plures apo-
ſtolice predicationis repererit viros hec
dicens. Mihi quidē commentarij huic
operis non ad oſtentationē ſcribuntur:
ſed ad cōmemorationē ſenecte: ⁊ ad ob-
liuionis remedium. Quo ſcilicet in his
ſit mihi adumbratio quedā rerum ma-
gnificarū diuinorūq; verborū. que audi-
re merui a viris ſanctis ⁊ beatis. Quo-
rū ab alio apud achaiam: ab alio apud
Syriam: ab alio vero in oriente: ⁊ maxi-
me apud Paleſtinam inſtitutus ſum ex
hebreorum origine veniente. Ad vlti-
mum autem in egypto magiſterio vſus
ſum: viri virtutis ⁊ ſcientie merito: om-
nibus preferendi. Poſt quem velut the-
ſauro in abſconditis reperto: aliud que-
rere vltra ceſſaui. Et illi quidem diuine
doctrine veritatē: mihi (que ſibi ab ipſis
ſtatim primus autoribus: Petro: et Ja-
cobo: ac Joanne: et Paulo ſanctis apo-
ſtolis tradita fuerant) tanq̃ patres filio
comendarunt. Sed pauci patribus ſi-
miles filij. Tamē deo fauente: per ipſos
in nobis apoſtolici germinis plantata
ſunt ſemina.

¶ Capitulū. xj. de ep̄is hieroſolymorum.

PEr idem tem-
pus eccleſie hieroſolymorū
narciſſus p̄erat. Qui fames
merito: noſtris adhuc tempo-
ribus celebratur: quintamdecimā poſt
eos qui ex circunciſione fuerant ſucceſ-
ſionem: vſq; ad tēpora adriane obſidio-
nis adducens. Primum namq; inibi ex
gentib⁹. Epiſcopum fuiſſe indicauimus
Marcum poſt quem Caſſianum: inde
Paulinum. Poſt hūc Maximū ⁊ ſic Ju-
lianum. Poſt quē cayum: et iterū alium
iulianum. Capitonem quoq; ⁊ Ualentē.
Inde dolitianum. Poſt quē triceſimum
ab apoſtolis Narciſſum.

¶ Capitulū. xij. de quodam rodone ⁊
martionis hereſi.

VErum ea tem-
peſtate Rodo quidā ex Aſie
prouincia oriundus: vt ipſe
ſcribit in vrbe roma erudi-
tus: refert a Tatiano (cuius in ſuperio-
ribus inter ceteros ſcriptores memini-
mus) libros ꝗ plurimos et maxime con-
tra martionis hereſim ſcriptos. Quam
aſſerit idem Tatianus in diuerſas ſciſ-
ſam eſſe ſententias. Sed ⁊ qui: et quam
ob cauſam ex eadē hereſi ſciſſi ſint: ipſe
per hec verba deſignat. Propterea inq̄t
etiam inter ſemetipſos diſcordant quia
id affirmare cupiūt: q̄d nō poteſt ſtare.
Ex eorum namq; grege eſt appelles. q̄
abſtinētie ⁊ ſenectutis p̄rogatiua vſus
vnū quidem omniū eſſe fatetur initium.
Prophetas tamē ꝯtrario ſpiritu aſſerit
inſpiratos: ſequēs perſuaſionē virginis
cuiuſdam acte ſpiritu demonis nomi-
ne philomene. Alij autē ſicut ipſe nau-
ta martion: duo principia introducunt.
Ex quibus eſt et ponticus et baſilicus.
Qui et ipſi ſecuti ſunt quidem ponticum
lupum. Sed non inuenientes exitum re-
rum ſicut nec ille quidē: ad ea que pu-
tarunt eſſe faciliora conuerſi ſunt ⁊ duo
principia introduxerunt: abſq; vllis hoc
probationibus cōfirmantes. Alij quoq;
ex eiſdem rurſus in deterius deuoluti
ſunt non ſolum duo ſed tria principia et
tres naturas confirmantes. Quorum
princeps et autor eſt ſinerus: ſicut ipſi
defenſores dogmatis huius dicūt. Sed
et ipſe deſcribit ꝙ cōgreſſus ſit cum ap-
pelle: ita referens. Nam et ſenex appel-
les habuit nobiſcū ſermonem: et multa
male docere cōuictus eſt. Unde ⁊ aſſere-
bat nō oportere omnino fidei diſcuti ra-
tione: ſed vnum quemq; debere in ea



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

q̄ꝺ credidit permanere. Saluté namq̄
ĳs eſſe qui in crucifixum ſperant: tantū
vt in bonis operibus inueniantur. Ma=
niſeſte tamen decernebat de deo ſicut
prediximus vnum eſſe principium vt ⁊
nos dicimus. Et inde exponēs eius om=
nem ſententiam introducit etiam ipſe
ſuum ſenſum. Dicebam autem inquit
ad eum. Unde tamen oſtendimus vnius
principĳ ratioñé aut quomodo hoc aſ=
ſeratur ediſſere. Tum ille ꝓphetie qui=
dē aiebat ſemetipas coarguūt: q2 nihil
omnino continēt veritatis: ex eo q̄ꝺ in=
ter ſe inuicē diſcordent: ⁊ vtiq̄ falſe ſunt
qui ſibimetipſis aduerſant. Quō aūt ſit
vnū principiū: ſe quidē ſcire denegabat.
Ita tñ ſibi videri. Cūq̄ adiuraret a me
vt q̄ꝺ verum eſt diceret ſacramēto con=
firmauit ſe neſcire quomō vnus ſit vni=
genitus deus: ſed tantūmodo credere.
Tum ego deriſum plane cū et notatum
habui: qui ſe doctorē profiteret eorū que
ignorare fateretur. In eodē quoq̄ ope=
re refert Caliſtion quidē in vrbe roma
diſcipulus extitiſſe Tatiani: qui ſcripſit
compoſitū eſſe a Tatiano propoſitionū
vel queſtionū librū: in quo oīa que ob=
ſcura ſunt ⁊ difficilia in ſcripturis diui=
nis abſoluat. Sed idē Rodo in cōmēta=
rĳs ſuis ꝓpoſitiones eius ꝓlaturū ſe: ⁊
confutaturū promittit. Et autē eiuſdē ⁊
in exameron commentarius: in quo re=
fert q̄ꝺ appelles ꝙplurima aduerſum
legē moyſi conſcripſerit impia: ⁊ aduer=
ſum totam legē blaſphemās protulerit
voces: coarguēs vt ſibi videt ⁊ deſtruēs
ea que ſcripta ſunt.

¶ Cap. xiĳ. de montano heretico.

Hec et multa alia ex ſu=
pradictis ſcriptoris cōperi=
mus libris. Cū tamē hoſtis
humani generis ad ſalutem
hominū debellādā: nihil vſq̄ otĳ gerit:
ſʒ diuerſas: ⁊ varias hereſes ꝑ ſingula
queq̄ ſuſcitat loca. In quibus maximū
ſui gñis ſerpētē apud Aſiā Frigiāq̄ ꝓ=
ducit montanū: q̄ ſe paraclitū noiaret.
Et cū eo mulieres priſcā et maximillā:
quas ꝓphetiſſas velut ex ipſius factas
inſpiratione iactabat.

¶ Cap. xiiĳ. de florino ⁊ blaſto ⁊ ſciſmate
ab eis rome facto.

Sed i vrbe Ro=
ma Florinus quidā gra=
du preſbyterĳ de eccleſia
collapſus: vna cuʒ Blaſto
ſocio ⁊ criminis ⁊ furoris:
plurimos de eccleſia in ſuū baratrū de=
ducebāt: noua aduerſum veritatē figmē=
ta machinātes. Sed aduerſuʒ hereſim
catafrigarū ſcutū validiſſimū protulit
apollinaris hierapolites: de quo ſupra
memorauimus: alĳq̄ quāplurimi ad id
locorū erudititiſſimi viri: aduerſum eos ꝑ
veritatis defenſione certarunt. Qui etiā
nobis ad hiſtorie textū monimenta va=
lidiſſima reliquerūt. Interim vt diximꝰ.
Apollinaris ſcribēs aduerſus hāc here=
ſim: ⁊ deſignās in ꝑfatione ꝙ ꝑ eccleſias
gallatie vicinarūq̄ prouinciarū digre=
diens: ⁊ plurimos ab eis irretitos vidēs
multos quidē ⁊ corā diſputādo correxit:
rogatus tñ a fratribus etiā hec ad ipos
ſcripta trāſmiſerit. In quibꝰ poſt aliquā=
ta cū autorē huius hereſis deſignaſſet
progrediens etiam hec addidit.

¶ Cap. xv. de mōtano heretico ⁊ duabꝰ
mulierculis ſecū pariter inſanientibus.

Origo inq̄t hu=
ius hereſis que aduerſuʒ ec=
cleſiam nuper exorta eſt: in=
de deſcendit. Uicus quidam
eſſe dicit apud Meſſiam frigie ciuitatē
q̄ appellat ardabau. In quo aiūt mon=
tanū quendā noie qui nuper ad fidē xpi
venerat ſub graue aſie proconſule cupi=
ditate nimia ꝑmatus accēſum: Iſtĳs ſpi=
ritibꝰ in ſemetipo locū dediſſe: ac repēte
in quodā exceſſu mentis effectū: et velut
ſpiritu actū proloqui cepiſſe noua que=
dā ⁊ diuerſa ab ĳs q̄ ex ſucceſſione maio=
rū eccleſie tradita fuerāt velut ꝓpheta=
li ſpecie ꝓferētē. Que cū ita viderēt fieri
hi qui per idē tpš aderāt auditores: alĳ
eū velut demone repletū: ⁊ erratico per=
flatū ſpū: ad decipiēdos ppl'os iudican=
tes obiurgabāt: ⁊ ꝓloqui omnino ꝓhi=
bebāt memores dominici ꝑcepti ⁊ com=
minationis eius: qua iubet obſeruari ⁊

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

falſis pphetis. Alij aũt velut facto ſpiritu repletũ: ⁊ prophetica gratia donatuȝ putabãt. Et inmemores dñi precepti: erratico ⁊ ſeductorio ſpiritui eatenꝰ indulgebant: vt etiam prouocare eũ ad dicenda aliqua delectarent. Et hoc fiebat arte diabolica: qua indiſciplinatis perditio parabat. A quibꝰ montanus cum ſupra q̃ dignũ eſt in veneratiõe haberet: in tãtũ temeritatis pgreſſus eſt: vt etiã duas quaſdã mulieres inſano ſpiritu q̃ ipſe replebatur participes ſibi faceret: ⁊ ad inſaniendũ ſecũ pariter edoceret: quo faciliꝰ vterq; ſexus in errorẽ p vtrũq; caperet. Hi etiaȝ beatificare eos qui ſibi familiarius adherebãt: ⁊ pmiſſionũ magnitudine tumidos reddere. Interdũ etiã obiurgare quoſdã vt ne in omnibus adulatores deprehẽderetur. Tamẽ perpauci erãt ex Frigibus qui eorum deciperentur inſania. Quibus ⁊ pſuadebat in vniuerſam eccleſiam que per orbem terre eſt blaſphemare: ⁊ non ſolũ nihil ei deferre reuerentie ſed ne limen quidem eius incedere. Frequenter tñ aduẽtantibus ex aſia fratribus: veſani et ɔtra fidẽ xp̃i bachãtes: cõfutati vt heretici corruptoreſq; veritatis ab eccleſie conuentu ⁊ ſocietate depulſi ſunt. Hec in primo libro ſcribens ⁊ per oẽ operis ſui corpus fraudes hereſis in ſingulis quibuſq; conuincens. In ſecũdo quoq; volumine de eiſdẽ etiã hoc ſcribit. Quale eſt aũt inqt qd ⁊ pphetarũ pcuſſores nos vocãt: pro eo qd inſanas eoꝝ non ſuſcepimꝰ fantaſias. Dicunt em̃ hos eſſe quos promiſerit dñs ad ppl̃m ſuũ ſe eſſe miſſurum prophetas. Reſpõdeãt ergo nobis ſi a deo miſſi ſunt prophete mõtanus ⁊ mulieres eiꝰ quis eoꝝ a iudeis pſecutionem paſſus eſt: aut quis ab iniquis occiſus eſt. vel quis eorum pro nomine dñi tẽtꝰ eſt Et ante reges ⁊ preſides ſtetit. Aut quis in ſynagogis iudeoꝝ flagellatus eſt. Vel quis lapidatus eſt. Quinimo ⁊ econtrario traditur: q; finem vite exemplo iude traditoris acceperint. Dicunt enim ipſo demone quo inſpirabant id agente: diuerſis quiq; tpibus vitam laqueo finiſſe. Illũ vero admirabilem veluti prophetie ipſorum primogenitum theodotum nomine: tradunt quodã tpe viſum ſibi eſſe velut in celo aſſumi: ⁊ crediſſe ſe ſpiritui erroris: quo euectum in excelſum et inde deductũ ad terrã finẽ vite exitu peſſimo terminaſſe. Sed hec ipſi de montano vel theodoto ac mulieribus ita geſtũ negant. Tamen a plurimis affirmatur. Quod cum inter negantes et confirmantes: nos rei fideȝ relinquimus in medio. Item poſt aliquanta ſubiungit etiã hec. Sed et ſancti epiſcopi probatiſſimi viri qui per idem tempus fuerũt zoticus de cumana: ⁊ iulianus de apamia: aggreſſi cohibere ſpiritũ qui loquebatur in maximilla intulerunt themiſonem obturare os eius: ⁊ excludere vocem falſis erratici ſpiritus. Quod ⁊ ita factum eſt. Et iterum coarguẽs falſam fuiſſe Maximille prophetiam que bella q̃ plurima imminere predixerat: his vtitur verbis. Et quomodo non eius mendacium euidenter arguitur. Tredecim namq; iam exacti ſunt anni vſq; ad preſentem diem: ex quo mortua eſt iſta mulier: et nuſq̃ prorſus vel priuatim vel publice bellum aliquod exortum eſt. Sed et chriſtianis per dei miſericordiam par iugis et firma perdurat. Sed et in tertio libro de ijs qui ſe iactabant quod multi martyres ex eorum hereſi extitiſſent: hoc dicit: cum inquit in omnibus que ſupra diximus conuicti nihil reſpondere potuerint: ad martyres confugiunt: dicentes ſe multos habere martyres: et hoc eſſe iudicium: quod verus ſit apud ipſos propheticus ſpiritus. Quid ergo. Quia multi et alij heretici plurimos martyres habent ideo acquieſcendum eſt eis: q; etiam veritas apud ipſos ſit. Nam primi qui dicuntur martioniſte habent plurimos martyres. Sed que eſſe poterit apud eos martyrij veritas vbi chriſti veritas non eſt. Et poſt aliquanta iterum ſubiungit. Deniq; ait. Sancti martyres qui pro vera fide martyrium ducunt: cum de eccleſia procedentes ad paſſionem ducuntur: ſi qui forte inuenti fuerint cum eis de hereſi frigum ſecernunt ab eis et reſpuunt eorum ſocietatem nec vllo genere cum iam martyrij palmam teneant ſpiritui



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

montani ꝛ maximille acquieſcendum pu
tant. Sicut ꝛ noſtris tꝑibus apud apa=
miam (que eſt ſupra meandrum poſita)
geſtum ſcimus a Cayo ꝛ alexandro qui
de eumenia martyres extiterunt.

¶ Capitulũ. xvj. de melciade et eius
ſcriptis.

Heodẽ au
tẽ opere meminit Mel
ciadis ſcriptoris: tanq̃
qui ꝛ ipſe librum aduer
ſum hereſim ſupradi
ctam conſcripſerit. De
niq; ꝛ inſerit ex eius di
ctis ſuo opi hec ỽba. Neq; enim credẽdũ
eſt (inquit) in exceſſu mẽtis .i. per amen=
tiam prophetari: qḋ eſt proprie pſeudo
prophetarum. vbi enim quis emẽs effici
tur iuſti rectiq; eſſe non poteſt tenax. qui
ſine dubio initium ſumunt ex imperitia:
ad finem vero deuoluuntur amentie ſi=
cut ſupra diximus. Hoc autẽ modo neq;
**NArciſſus vero** cum ita deſertum petiſſet ac locis ſemet ſecretiorībꝰ abdidiſſet vt vbinã degeret nullus agnoſceret: neceſſarium viſum eſt epiſcopis: vt alium pro ipſo ordinarent cui nomen erat Dius. Cuiq cum paruo tempore prefuiſſet eccleſie ſuccedit germanius. Et germanio tñ gordius. cuz ecce ſubito velut rediuiuus celoq redditus ex improuiſo apparuit narciſſus. Et rurſum a fratribus ad preſidenduz rogatur eccleſie. Multo enim vehementius erga eũ amor omniũ fuerat incitatus vel pro eo quod criminoſis innocens ceſſit: vel ꝙ ſecretam ⁊ philoſophicam vitam dilexit ⁊ quod in eo cõpleuit dominus dicens mihi vindictam et ego retribuam dicit dominus.

¶ Capitulum. viij. de Alexandro qui narciſſo hieroſolymorũ epiſcopo adhuc viuenti mira dei vocatione ſubrogatur.

**VErum cũ ipſe** iam ſenio feſſus pontificatus miniſterio ſufficere nõ poſſet. Alexãdrum de quo ſuperius memorauimus ꝙ iam eſſet epiſcopus alterius loci diuina diſpenſatio in adiutorium narciſſi ſenis euidẽtiſſimis reuelationibus euocauit. Is namq alexander ex gente capadocum vbi erat preclare vrbis epiſcopus. Hieroſolymam adorandi: et ſanctorum locorum videndi gratia properauerat. Quẽ loci incole mentes eorũ inſtigante deo cũ omni amore et officioſitate ſuſcipiunt ac charitatis: ⁊ dilectionis nexibꝰ vinctũ domum redire nõ ſinunt. Oſtendebatur enim euidenter a domino non ſolũ ipſi beato viro narciſſo ſed et alijs plurimis per reuelationes in plebe vt ipſum in loco ſancto epiſcopum detinerent. Preterea quod ſupra cetera omnia magis terrificum fuit eo die quo ingreſſurus vrbem alexander nuntiatus eſt ⁊ multitudo fratrum plurima extra portas in occurſum eius egreſſa eſt: vox celitus manifeſtiſſime oĩbus audientibus facta eſt dicens. Suſcipite epiſcopum qui vobis a deo deſtinatꝰ eſt. Cũq ex his omnibus euidenter apud eos fuiſſet dei diſpenſatio declarata epiſcopi vrbium vicinarum compertis omnibus quibus de eo res geri dei iudicio docebatur reſidere inibi eum neceſſario compulerunt. Ipſe ergo Alexander in epiſtolis ſuis ad Antionoitas ſcriptis que vſq ad preſens ſeruãtur apud nos meminit narciſſi tanq ſocij et conſortis in epiſcopatu his ipſis verbis de eo ſcribens. Salutat vos narciſſus qui ante me epiſcopatum huius eccleſie regere cepit quiq mecum poſitus orationibus veſtris centum iam et. xvj. annos vite ſue gerit. Qui et ipſe vos mecũ pariter deprecatur eſſe concordes. De his quidem talia.

B ¶ Apud antiochiam vero defuncto ſerapione epiſcopo. Aſclepiades lociilius ſuſcepit ſedem. Qui ⁊ ipſe vnus ex preclaro confeſſorũ numero fuit. Meminit etiam huius ordinationis ſupradictus alexander antiochenis ſcribens hoc modo Alexander ſeruus et vinctus ieſu chriſti beate eccleſie que eſt apud antiochiam in domino ſalutem. Reuelauit dominus vincula mea ⁊ carceris huius mei dilatauit anguſtias ꝙ comperi ſancte eccleſie veſtre aſclepiadem virum digniſſimum ſacerdotium ſuſcepiſſe. Hanc autem epiſtolam indicat ſuper clementem antiochene eccleſie preſbyterum: tranſmiſiſſe ſcribens in fine epiſtole hoc modo. Hec autem nobis domini fratres tranſmiſi per clementẽ beatum preſbyterum virum in omnibus virtutibus etiam probatiſſimum. Quem noſtis vos ⁊ eo amplius cognoſcetis. Cuiꝰ preſentia apud nos per dei prouidentiã procurata et confirmauit et auxit eccleſiam domini.

¶ Capitulum. ix. de ſerapione ⁊ eius ſcriptis.

**Bitur ſerapio**nis epiſcopi eruditi viri puto quidem etiaz alia opuſcula apd alios haberi. Ad nos



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

autem illa tantummodo venerunt que
ad Domnum quandam ſcribit qui in tē=
pore perſecutionis a fide chriſti recedēs
ad ſuperſtitionem iudaicam declinauit:
et ea que ad pontium et ad caricium
eccleſiaſticos viros ſcribit. Et alie nihi=
lominus eius ſunt ad alios epiſtole. Sz
et ille liber venit ad nos quem ſcribit
de euangelio Petri vbi arguit quedam
falſa in eo conſcripta emēdare cupiens
fratres qui erant apud Roſſum qui per
occaſionem ſcripture ipſius in hereſim
declinabant. Dignum tamen videtur
mihi pauca quedam de eius libello in=
ſerere ex quibus innoteſcat que fuerit
eius de ipſa ſcriptura ſententia. Scri=
bit ergo in quodam loco ita. Nos enim
fratres et petrum: et alios apoſtolos re
cipimus ſicut chriſtum. Que autem ſub
eorum nomine falſo ab aliis conſcripta
ſunt velut gnari eorum ſenſus ac ſen=
tentie declinamus: ſcientes quod talia
nobis non ſunt tradita. Ego enim cum
eſſem apud vos putabam omnes recte
fidei eſſe inter vos et non decurſo libel=
lo qui mihi offerebatur in quo nomine
petri conſcriptum euangelium fereba=
tur: dixi. Si hoc eſt ſolum quid inter eos
ſimultatem videtur inferre legatur co=
dex. Nūc autem comperto quod hi qui
codicem illum legi debere aſſerunt pro=
ſpectu cuiuſdam occulte hereſeos hoc
fieri popoſcerunt ſicut mihi dictum eſt
feſtinabo iterum venire ad vos. Nos
enim nouimus fratres cuius hereſeos
fuerit martianus qui etiam ſibiipſi cō=
trarius exit non intelligens que loque=
retur que etiam vos diſcetis ex his que
ſcripta ſunt vobis: inueſtigata per nos
ab illis qui hoc ipſum euangelium ſe=
cundum illius traditionem didicerant
et ſucceſſores extiterunt ſententie eius.
Quos nos locetas vocamus: quia in
hac ipſa doctrina illorum ſunt quam=
plurimi ſenſus et ab ipſis mutati. Nam
certum eſt quod plurima ſecundum re=
cti rationem ſentiunt de ſaluatore. Alia
vero aliter que ſubiecimus hec ſerapion
ſcribit.

¶ Capitulum. x. de quodam clemente et
ſcriptis eius.

Clementis ve=
ro libri habent plurimi apud
nos tamē hi ſunt qui inueni=
ri potuerūt. Stromatū libri
octo quos hoc modo pretitulauit.
A ¶ Titi flaui clemētis de verā philo=
ſophia commentarii ſcientie ſtromata.
Stromatū aūt nos poſſumus intellige=
re tāquam opus varie contextū. Sunt et alii
eiuſdem ypotipoſcon libr. viii. quos nos
poſſumus informationū vel diſpoſitio=
num nominare. In quibus nominatim
pantheni meminit tanquam proprii magiſtri
et expoſitiones ipſius plurimas ſcribit et
traditiones eius operi ſuo inſerit. Eſt
etiā liber eius ad gētiles exhortatorius.
Et alius liber qui dicitur Pedagogus.
Et alius qui ſuperſcribitur quis eſt qui
poſſit ſaluus fieri diues. Eſt et alius li=
bellus de paſcha et de diſputatione: de
ieiunio et de obtrectatione. Et alius ex=
hortatorius ad patientiaz. Et alius ad
neofitos. Sed et ille qui ſuperſcribit. Canō
eccleſiaſticus. Itē alius de his qui iudaicū ſenſū
in ſcripturis ſequūtur quē ad alexādrū ſu
pradictū epm ſcribit. In ſtromatibus autē
nō ſolū ea que ex diuinis ſcripturis ſumpſe
rat: ſternit ſed et ea que apud grecos auto=
res habent. Utile namque ei viſum eſt in illo
opere comparere: ac conferre ſibi inuicē
dogmata vel ea que diuinitus ſancita ſunt
vel que ad ſapientiam grecorum inuenta:
vel etiā que ceteris barbaris viſa ſunt.
Arguit etiā hereticorum errores. Hiſtoriā
quoque inibi plurimā texit: et ex omnibus ma
teriā nobis eruditionis perfecte compo
ſuit. Unde merito libros ſuos ſtromate=
as appellauit: id eſt lacinioſa quadam:
et varia diuerſitate contextos. Utitur ſa
ne exemplis etiam ex his libris quia nō=
nullis minime recipiēdi videntur: id eſt
ex ſapientia que dicitur Salomonis: et
ex ſapientia Syrac qui appellatur eccle
ſiaſticus apud latinos. Sed et de barna
be et clementis epiſtola ponit exempla.
Utitur etiam de epiſtola iude. Meminit
preterea et ſcriptorum antiquorum. Ta
tiani cuiuſdā et caſſiani velut qui chronica
ſcripſerit: Philonis quoque et Ariſtoboli et ioſe
phi ac demetrii et eupolemi iudeorum ſcri=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ptorum. Conferens etiaȝ antiquiſſimis grecorum moyſaicum et iudeorum genus antiquius eſſe comprobat. Multa qȝ alia inſtrumenta optimarum inſtitutionum illo opere contexuit. Et inter cetera hoc in primo libello indicat ꝙ ipſe non longe poſt apoſtolos fuerit. Promittitqȝ commētarios ſe in geneſim ſcripturum. In libello autem quem ſcribit de paſcha cōfitetur extorqueri ſibi a fratribus vt ea que a preſbyteris ideſt a ſucceſſoribus apoſtolorum voce ſibi ſola tradita ſunt deſcribere in libris ac poſteris traderet. Meminit ibi melitonis et hyrenei: ceterorumqȝ quorum etiam quaſdam narrationes inſeruit. In libris vero ypothipoſcon: id eſt informationum: vt breuiter dicam vniuerſam pariter ſcripturam diuinam compendioſis diſcretionibus explanauit. In quibus ne ea quidem que apochripha a quibuſdam habentur preterijt. Ut eſt petri reuelatio.

B ¶De epiſtola vero ad hebreos ita diſſerit qđ manifeſte pauli ſit apoſtoli: ſcripta ſit autem hebreo ſermone tanqȝ hebreis a luca vero qui erat pauli diſcipulus interpretata in grecum. Unde ⁊ ſtilus eius magis ſimilis videtur libello illi quem lucas de apoſtolorum actibus ſcripſit. qđ autem ſuperſcriptionem ſolitam inibi non habet: id eſt paulus apoſtolus hoc eſſe ratiōis oſtendit ꝙ preiudicatū hebreis erat de pauli nomine ne eius dicta ſuſciperent. Et idcirco prudēter declinaſſe ne ſtatim in principio pauli nomine inſpecto lectio eius repudiaret. Poſt pauca vero addit etiā hec. Et ſicut inquit beatus preſbyter dicebat quia dominꝰ chriſtus apoſtolus omnipotētis dicit miſſus ad hebreos. Pro humilitate ergo Paulus qui ad gentes fuerat deſtinatꝰ non ſcripſit ſemetipſum hebreorum apoſtolum vel propter honorem domini qui ſe miſſum dixerat ad oues iſrael vel quia gentium videbatur apoſtolus. Exponit ꝑterea idem Clemens in ipſis libellis de ordine euangeliorum traditionē ſibi a ſenioribus preſbyteris traditam ⁊ dicit priora eſſe poſita illa euangelia que de generationibus continent: id eſt matthei ⁊ luce. Cauſam vero fuiſſe euangelij ſcđm marcum huiuſmodi. Cum petrus rome publice predicaſſet verbum dēi et in ſpiritu expoſuiſſet euangelium auditores rogaſſe marcum qui olim iam ſectator ipſius fuiſſet cōſcribere ea que ſciebat ab apoſtolo predicata. Cunqȝ id factum petrus poſtmodum cognouiſſet licet fieri ipſe nō iuſſerit tamen factum non prohibuerit. Joannem vero poſtmodum dicit cum vidiſſet quod ea magis que ſecundum carnem ſunt in euangelijs haberentur decrepatum a diſcipulis ſcripſiſſe etiam q̄ ad ſpirituȝ pertinent. Unde et repletus ſpiritu euangeliuȝ ſpirituale conſcripſerit. Hec clemens.

C ¶Alexander vero de quo ſuperius memorauimus Clementis ſimul et pantheni ad origenem ſcribēs meminit velut qui ſibi etiam in corpore non fuerint: Scribit autē hoc modo. Hoc enim ⁊ voluntas dei fuit ſicut ipſe noſti vt amicitie q̄ mihi a patribus fuerunt inuiolate duraret imo vero et ardentius ac robuſtius augerentur. Patres autē nouimus beatos illos qui nos preceſſerūt ad quos paulopoſt nos etiam abibimus. Panthenum dico dominū meū vere beatum ⁊ ſanctum dominum meum clementem: qui me in multis inſtruxerunt. Sed ⁊ ſi qui alij tales ſunt per quos etiam te cognoui virum per cuncta egregium et dominum mihi et fratrem. hec quidem ita ſe habent. Adamantius autem (erat enim et hoc nomen origeni) cum per illud tempus zepherinus Romane eccleſie preſideret romam venit. ſicut ipſe in quodam loco ſcripſit dicens. Uoti ſibi fuiſſe vt antiquiſſimam romanorum videret eccleſiam. Ubi non multo tempore peracto ad iniunctum docendi officium Alexandriā redire feſtinat Ibiqȝ cum omni ſollicitudine et ſtudio religioſo ſuſceptum opus explebat. Demetrio tunc epiſcopo non ſolum cohortāte ſe et confouente verū etiam preferente quatenus fratribus diuine eruditionis non deeſſet inſtructio.

¶Cap. xi. de heracla ab oregine ꝑcepto re ſuo in partē ſollicitudinis aſſumpto.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

INterea cuz videret Origenes ſe nō ſufficere ad omnia ideſt vel in profundioribus et diuinioribus pertractādis vel ī ſctē ſcripture explanatiōib⁹ diſſerendis vel etiam in eorum qui quotidie fidei addebantur inſtructionibus vel inſtitutionibus adimplendis. Ex quibus omnibus ne reſpirare quidem ei vnius ſaltim hore liberum tempus dabatur: dum ſemper ex alijs in alia vocaretur: ita vt prima luce vſq; ad profundam veſperā nūq; ceſſaret auditorium ſuū alijs vero non recedentibus. Dum verbi dei dulcedine colligati ſunt vtilius eſſe ratus eſt ſegregare incipientiū turbas. Et vni ex diſcipulis ſuis plene iam et optime inſtructo viro atq; in omnib⁹ virtutibus ſibi probato Heracle tradere: participēq; eum officij ſui ac laboris aſſumere. Erat eniz in ſermone diſertiſſimus et in omnibus philoſophicis eruditionibus apprime inſtitutus. Huic ergo tradendi prima elementa inſipientibus delegat officiuz: Sibi vero perfectorum inſtructiones reſeruat.

¶ Cap. xij. q̄ origenes hebraicū linguā didicit ac ſex editiones ſacri canonis vno in codice diſtinxit.

INter cetera quoq; eruditionum ſuarum ſtudia ne illud quidem omiſit origenes perſcrutari et addiſcere etiam hebree lingue virtutē: vt agnoſceret vel ea que a iudeis hebraicis literis leguntur qualia ſit: vel ceterorum interpretuz qui preter .lxx. interpretati fuerāt quanta eſſet editionum diuerſitas: ita vt preter iſtas q̄ in vſu ſunt aquile vel ſymachi vel theodotionis inueniret etiam alias in abſcōditis ac ſecretis latentes. In quibus nec noīa quidē interpretum reperit ſcripta. Hoc autem ſolum dicit de eis q̄d aliam quedam in actiaco littore apud nicopoli aliam in hierico atq; in alijs al's reperit locis. Unde et illos famoſiſſimos codices primus ipſe compoſuit. In quibus per ſingulas colomellas e regione ſeparatiz opus interpretis vniuſcuiuſq; deſcripſit: ita vt prima omnia ipſa hebrea verba hebraicis literis poneret. Scdō in loco p ordinē grecis lrīs e regiōe hebrea verba deſcriberet. Tertiū aquile editionē ſubiungeret. Quartā ſymachi. Quintā .lxx. interpretum que noſtra eſt. Sextā theodotionis collocaret. Et ꝓpter huiuſcemodi compoſitionem exemplaria ipſa noīauit hexapla: ideſt ſex ſimplici ordine ſcripta. In pſalterio autem ⁊ alijs nō nullis interſerit aliqua etiam de ceteris iſtis editionibus quas quoniam ſine nomine autorum ceperat .vj. ⁊ .vij. editionē nominauit.

¶ Capitulum .xiij. De ſymacho ſacri canonis interprete qui et hereticus fuit.

SCienduz tamen eſt q̄ ex ipſis interpretibus ſymachus ebioneus fuerit que eſt hereſis aſſerens chriſtum de ioſeph ⁊ maria natum hominem purū fuiſſe et legem ritu iudaico eſſe ſeruandā ſicut et iam ſuperi⁹ memorauimus. Sed ⁊ commētarios quoſdam ſymachus ipſe conſcripſit in quibus conatur de euangelio ſcdm̄ mattheum autoritatem ſue hereſeos confirmare. Hec ipſe origenes cum interpretatione ipſius ſymachi ſcribit ſe apud iulianum quendam reperiſſe qui ſe diceret hos libros ab ipſo ſymacho ſuſcepiſſe.

¶ Capitulum .xiiij. de ſumma origenis eruditiōe ingenio ⁊ fama etiā apd̄ exteros.

INhis ⁊ ambroſius quidam vir genere ⁊ literis ſatis clarus cū valentini dogmatis ſectator exiſteret ſm veritatem catholice fidei ab origene cōuictus et tanq; veri luminis ſplendore radiatus relictis errorum tenebris ad eccleſie ſe catholice lucem ſplendo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

reqꝫ conuertit. Sed ⁊ alij plures eruditi
viri ⁊ ſcia literaꝝ ad modū nobiles cum
de origene glorioſiſſima per omnē locū
celebraret̄ opinio certatim confluebant
ad eū vel ob certamina cōmouenda vel
quibus rectior inerat mētis ſnīa ad au-
diendā tenēdāqꝫ veritatē. Innumeri ēt
ab hereticis venientes cōuicti ꝑ eū ⁊ pe-
nitētes ab errore ceſſabāt philoſophorū
q̄ȝ opinatiſſimi quiqꝫ ⁊ qui in ſummo no
mine habebant̄ tam in noſtris eum q̄ȝ in
ſuis magiſtrū incōparabilē fatebantur.
Erat nāqꝫ ei mos iſte vt ſi quos noſtroꝝ
adoleſcentuloꝝ ingenioſos videret ⁊ le-
ctioni ſatis deditos: traderet eis ēt ea q̄
bus philoſophi velut primis elemētis di
cētes imbuere ſolēt. Ideſt vel geometrie
partes vel ariſmetice diſcipline ⁊ ſi qui
alia ad inſtructionē ꝑtinēt diſputādi. Si
qn̄ igit̄ neceſſitas popoſciſſet vt aliqua
de libus philoſophicis explanaret etiā
ab ipſis erudititiſſimis in illa diſciplina
viris cum tanta admiratione audiebat̄
vt ſummus apud illos ⁊ quaſi vnus ex
veteribus et primis illis autoribus phi-
loſophus haberet̄. Multos etiā idiotas
⁊ imperitos ad dicendum cohortabat̄ di
cens nō parū ad intelligentiā ſcriptu-
rarū emolumētis eis cōferri ſi aut in li-
beralibus lr̄is aut etiam philoſophicis
exercerentur. Dicebat em̄ hanc noſtrā
verā eſſe philoſophiā cuiꝰ partes illa gre
coꝝ q̄ vera nō eſt ph̄ia preceſſiſſet. Nō er
go aiebat idcirco debere partes ſuas
omittere veritatē q̄r eas ſibi preueniens
falſitas vendicaſſet. Deniqꝫ exiſtunt te-
ſtes ſtudiorum eius plurimi etiam apud
ph̄os quorū nōnulli libros ſuos ad ipſū
ſcribebāt. Alij autem iudicio eius cōpro-
bandos deferebant.

B ¶ Deniqꝫ etiam ille qui apud cici-
liam aduerſum nos libros ꝯſcripſit por-
phirius quibus diuina volumina crimi
nat̄ cum ad explanatores eorum veniſ-
ſet nec inueniret aliquid in commenta-
rijs origenis cui culpam poſſit aſcribe-
re ad cōuitia ⁊ maledicta ſe vertit ⁊ ma
culas ei infigit omni apud nos laude di
gniſſimas: in quibuſdam quidem vera
dicendo: in quibuſdam aūt more ſuo fal-
ſa fingendo: et nunc quidem eum tanq̄
ph̄m mirat̄ nunc vero tanq̄ xp̄ianū no-
tat. Audi deniqꝫ quibus deo verbis ꝓſe
quitur. Adherent (inquit de xp̄ianis lo-
quēs) ineptijs iudaicaꝝ ſcripturarū. In
quibꝰ cū abſolutio vel explanatio nulla
ſint ad quaſdā ſe narratiōes incōgruas
incōuenienteſqꝫ cōuertūt que non tā ex-
planationi ſit his que obſcura ſunt q̄
laudem plauſumqꝫ differentibus confe-
rant. Nam ea que Moyſes agreſti et
ſimplici ſermone cōſcripſit diuinitus ſan
cita ⁊ figuris atqꝫ enigmatibꝰ obtecta cō
firmant atqꝫ ingentibus repleta myſte-
rijs inflati mente ac tumidi obturbato
in ſemetipſis rationis humane iudicio
ſacramenta putant: in quibus imperitꝰ
et agreſtis ſcriptor explicare ſe non va-
let. Et poſt aliquanta iterū dicit. Huius
aūt abſurde expoſitiōis initium proceſſit
a viro quē etiam adhuc ego cum eſſem
valde paruulus vidi arcē totius erudi-
tionis tenentem ſicut etiam ex his que
poſteritatis memorie tradidit volumi-
nibus cōprobatur. Origenes hic eſt cu-
ius ingens gloria inter eorū magiſtros
habet̄. Hic namqꝫ auditor ammonij fuit
q̄ ſummā iter philoſophos predeceſſores
noſtros tenuit. Sed origenes quantum
quidem ad eruditionē pertinet litera-
rum totum pene in ſemetipſum transfu-
dit magiſtrum. Quantum vero ad vite
recte lineam et ſanum propoſitum ſpe-
ctat: doctori contrarium iter abijt: am-
monius quippe cum chriſtianus fuiſſet
a paruulo et chriſtianis parentibus ge-
nitus poſtq̄ ad etatem ſapiendi ventū
eſt et philoſophie ianuam contingit con
tinuo ad legitimum vite ſe contulit rur-
ſum Origenes econtrario cum eſſet pa-
ganus et gentilibus ideſt grecorum ſtu-
dijs eruditus ad ritum religionis bar-
barum declinauit. Quo ſe cōferens: om
ne preclarū illud ingeniū philoſophicis
literis expolitum vitiauit atqꝫ corrupit:
dum vitam quidam tanq̄ chriſtianus
et impius egit. Doctrine vero et erudi-
tionis grecorum prefulgidū lumen ine
ptis et fabuloſis narrationibus occupa-
uit. Aſſecutus quippe fuerat omnia pla-
tonis ſecreta inſtitutus fuerat in libris
numenij et chronij et apollofanis ac lon-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gini. Sed et moderati atq; nichomachi.
In pithagoricis vero ſummorum viro-
rum non eum latuere commentarij. At-
tigit etiam ceromonijs. Stoyci et cornu-
ti volumina. Ex quibus omnibus que-
cunq; ſecreta ⁊ myſtica apud grecos ha
bentur aſſumens ritui barbaro et ſuper
ſtitionibus iudaicis coaptauit: ac philo
ſophorum gloriã ad dogmata externa: ⁊
peregrina conuertit.

¶ Hec porphirius in tertio libro aduer-
ſus chriſtianos ſcribit in vno vera in alte
ro falſa commemorans. Nam de ſtudij ⁊
ingenij potentia ſupradicti viri haud ꝓ
cul quam ſe habet veritas retulit. Quod
vero de ſuperſtitione gentili ad chriſtia-
norũ cultum commemorat eum eſſe trãſ
latum et ammonium a chriſtianis ad
errores paganorum dilapſum maniſe-
ſtiſſime: fefellit. Origeni quippe fides et
diſciplina chriſti ab auis atq; atauis ſer
uabatur. Nam de patre martyre paulo
ante retulimus. Ammonius vero fidem
chriſti qđ etiam inter philoſophica ſtu-
dia integrã illibatamq; ſeruauerit quo
ad vſq; vltimum vite ſpiritum exhalaret
teſtes ſunt libri eius qui etiam nunc ha-
bentur luculentiſſime de noſtra religio-
ne conſcripti. Et precipue volumen illud
quod de moyſi atq; ieſu conſonãtia ſcri-
pſit. Sed et multa alia eius preclara
opuſcula que ab ſtudioſis quibuſq; per
magnifica habentur. Hec autem dixi-
mus etiam inimicorum teſtimonijs pro-
bare cupientes quam mira et apud ip-
ſos habita ſit origenis eruditio vel do-
ctrina. Ipſe vero de ſe reſpondens qui-
buſdam qui ei pro huiuſcemodi ſtudijs
obtrectabant ita ſcribit. Cum vero ad
verbi dei me ſtudia conuertiſſem et fa-
ma de nobis celebrior haberetur atq; ob
id non philoſophorum vel ad percunctã
dum vel ad obſiſtendum adire nos et cõ
gredi conuenirent hereticorum quoq;
q̃plurimi ad impugnandos nos excita-
rentur. viſum mihi eſt vel philoſopho-
rum vel hereticorum dogmata diligen-
tius perſcrutari ne ad conuincẽdos eos
ſi ignorarẽt que apud ipſos ſunt imperi
tior inuenirer. Hoc autem facimus exem
plum ſequentes prioris noſtri apoſtoli-
ci viri pantheni: qui in grecorũ ſtudijs ⁊
philoſophie eruditionibus quã maxime
effloruit. Sed et heracle qui nunc apud
alexandriam cathedrã preſbyterij ado-
nat quem ego apud magiſtrum philoſo-
phorum reperi illis ſtudijs aliquot iam
annis operam dantem priuſq; ego omni
no vel inciperem. Intantum autem ni-
hil ex hoc ſupradicto viro obtrectatiõis
exortum eſt. vt etiam communem habi-
tum quem prius geſſerat deponẽs philo
ſophica aſſumeret indumenta: quibus
vſq; ad preſens vti non deſiſtit. libros
quoq; philoſophorum legere et in his
exerceri pro viribus nunq; ceſſat. Hec ip
ſe pro ſe querulis quibuſdam reſpondẽs
ſcribit.

C ¶ Per idem vero tempus cũ apud
alexandriam in verbi dei ſtudijs exerce
retur adeſt vir quidam militaris epiſto
las ei et demeritrio epiſcopo: ſed et pre-
fecto tunc egypti adduce arabie defe-
rens cum omni velocitate ⁊ inſtantia ori
genem illo vſq; orantes emitti: vt ſibi de
fide chriſti quam per eum clariſſime pre
dicari frequens nuntiabat fama diſſere
ret. A quib⁹ exoratus abijt edocuit cre-
diderunt redijt. Poſt aliquantum ve-
ro tempus apud Alexandriam bello ci-
uili exorto alius alio ipſe ad paleſtine
partes ſeceſſit et apud ceſaream mora-
batur. Ubi et diſputandi in eccleſia atq;
interpretandi ſcripturas diuinas ei ab
epiſcopis iniungebatur officium. Et qui
dem necdum preſbyterij ſibi ordinatio-
ne collata ſicut relatum inuenimus in
epiſtola Alexandri reſcribentis deme-
trio poſt multũ tempus hec ipſa culpan-
ti. Scribit autem hoc modo. Quod au-
tem addidiſti in literis tuis: quia nunq;
auditum nec aliquando factũ ſit vt pre-
ſentibus epiſcopis laici diſputent neſcio
quã ob cauſum tã apertum mendacium
aſſerere volueris cum conſuetudo hec
ſit vt ſicubi inueniantur qui poſſint etiã
fratres inſtruere in eccleſia et concolari
populũ ad tractandũ ſemper a ſanctis
epis inuitentur. Sicut euelpius a fra-
tre noſtro. Neone apud larandos: ⁊ pau
linus a celſo apud hyconium. et apud
Sinnandan Theodotus ab actico. Non

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

autem dubium eſt quod ⁊ alij plurimi in alijs locis ſi qui ſunt qui poſſint op⁹ dei in verbo ⁊ doctrina competenter explere ad hoc ipſum a ſanctis epiſcopis inuitētur. Sed hec poſtmodū geſta ſunt. Tūc vero rurſum demetrius literas miſit ad eum per electos viros diaconos eccleſie. Alexandriam redire et conſueto operi inſiſtere omni cum affectione depoſcens.

¶ Cap̄.xv. de epiſcopis qui tempore origenis clarebant.

Florebāt autē per idem tempus plurimi diſertiſſimi ī ecclijs viri. Quorum epiſtolas quas ad ſeinuicem dabant reperimus in hieroſolymorum bibliotheca ad nos vſqꝫ ſeruatas quam conſtruxerat vir eruditiſſim⁹ de quo ſuperius memorauimus alexander loci ipſius epiſcopus. vnde ⁊ nos (vt fateamur quod verum eſt) totius huius operis noſtri ⁊ hiſtorie conſcribende materiam ſumpſimus. Erat ergo inter ceteros et berillus ſcriptorū precipuus: q̄ et ipſe diuerſa opuſcula dereliquit: epiſcopus hic fuit apud boſtram arabie vrbem maximam. Erat nihilominus ⁊ hipolytus qui ⁊ ipſe aliquanta ſcripta dereliquit epiſcopus. Venit ad nos etiam gaij cuiuſdam diſertiſſimi viri diſputatio aduerſum proculum Catafrigam habita in vrbe Roma preſente epiſcopo zepherino. Qui cum argueret catafrigaꝫ quod nouas ſibi quaſdam ſcripturas preſumeret ipſe inter cetera Pauli apoſtoli tredecim epiſtolas aſſerit: eam que ad hebreos ſcripta eſt non commemorans. Que etiam nunc apud latinos putatur non eſſe apoſtoli pauli. Verum antonino ſeptem annis ⁊ ſex menſibus imperio conſummato macrinus ſuccedit. Qui cum poſt annum fuiſſet defunctus alius antoninus regni romani ſuſcepit principatum. Cuius primo imperij anno epiſcopus vrbis Rome zepherinus diem obijt octodecim annis ſacerdotali functus officio poſt hunc calixtus ſacerdotium ſuſcepit. Quo quinqꝫ annis adminiſtrato poſt ſuum finem ſedem reliquit vrbano. Poſt Antoninum vero romanum imperiuꝫ quod ipſe quatuor ſolis annis tenuerat Alexander ſuſcepit. Tunc etiam aſclepiade apud antiochiam defuncto Philetus in epiſcopatū ſuccedit. Alexandri vero imperatoris mater Mammea nomine de Raris religioſa femina cum de origene fama magnifica vbiqꝫ et celebris haberetur. Ita vt ne principum quidem lateret aures comperta opinione viri ſummo niſu geſtire cepit quatenus ſibi eius preſentia fieret: vt in literis in ſermone in fide et prudētia omniqꝫ doctrina qua cunctis in admiratione eſſe cernebat per ſemetipſam ſumeret documēta. Igitur antiochiam vbi per idem tempus degebat miſſis militaribus viris cum omni honore et ſupplicatione ad ſe tanꝙ vere diuini verbi interpretem famulumqꝫ dei orat venire. Quod cum veniſſet ⁊ quantum oportebat operis expleſſet ac temporis omnibus rite peractis que ad verbum dei et gloriam domini ſpectant ſtabileſqꝫ ac firmos in fide quos inſtruxerat derelinquens preſentia ꝙ fama lōge clarior factus ad proprias ſcholas Alexandriam redijt.

¶ Capit.xvj. De hipolyti ſcriptis ac miro origenis ingenio.

In illis dieb⁹ hipolytus de quo paulo ante memorauimus inter cetera ſcripta ſua libellū de paſcha ſcriptū edidit. In quo cū deſcriptionē quandā tēporū faceret de .xvj. annoꝝ circulo: q̄ in paſche ratione obſeruari ſolet: niſcio quā ſupputationē ſecutus vniuerſa tp̄a intra p̄mū alexandri imperatoris annū cōcludit. Sed ⁊ alij libelli eius puenerūt ad nos. i. in Exameron: ⁊ in ea q̄ poſt examerō ſcripta ſunt. Et cōtra martionē. Et in cātica canticoꝝ. Et in p̄tē quādā Ezechielis ꝓphete. Et cōtra oēs hereſes. Sꝫ ⁊ alia apd̄ alios opuſcula eius inueniri certū eſt. Ex illo tp̄e etiā origenes conſcribēdi cōmētarios in ſcripturas ſanctas initiū ſumit: cōpelle



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

te ſe ambroſio ⁊ multa vt precū obſecra=
tionumq; cogente quiq; ambroſius tan=
tū ſtudij adhibuit: vt oīa que in hoc opꝰ
eſſent neceſſaria: affatim atq; affluenter
ꝑberet. Notarios ſeptē adhibuit: q̄ ei in
ceſſabiliter aſtarēt: q̄qȝ ſibijnuicē illo pe
ne indeſignāter dictāte ſuccederēt. Scri
ptores quoqȝ alios tantos. Sȝ ⁊ puella
apprime eruditas inſcribēdo totidē nu=
mero in hoc ipm̄ vacare fecit. Oībus q̄ȝ
extrinſecꝰ neceſſarijs abūdātiſſime mini
ſtratis q̄tidianū de illo opꝰ v̄bi dei violē
tus ⁊ religioſus cōpulſor exigebat. Sȝ ⁊
ipe ex ſe ingēs ſtudium in eruditiōe v̄bi
dei adhibebat. vn̄ maxime dignus vide
bat cui iſtud impēderetur officium ⁊ cui
quicquid archanū ⁊ abſconditum in ſa
cris literis tectū eſt penderetur.

¶ Cap. xvij. q̄ origenes preſbyter fa
ctus eſt: ⁊ de libris ve. ⁊ no. teſta. ſm
ſententiam eius. A

Interea vrba=
nus eps in vrbe roma. viij.
annis amminiſtrato ſacer=
dotio pōtiano ſedē reliquit.
Poſt philetū aūt apud anthiochiā zebē
nus eccleſiam ſuſcepit. Quo in tpe orige
nes rogatus eſt ab eccleſijs q̄ ſunt apud
anthiochiā vt illo vſq; ꝓ cōuincēdis he
reticis q̄ inibi liberiꝰ ꝯualuerāt perue=
niret. Quo cū ꝑgeret et iter neceſſario
ageret ꝑ Paleſtinā p̄ſbyter apud Ceſa=
reā ab illiꝰ ꝓuicie eps ordinat̄. Pro hoc
aūt q̄ aduerſum eū inhūanus liuor accē
derit: ⁊ rurſum ꝓ defenſiōe eius q̄ geſſe
rint ij q̄ eccleſijs p̄ſidebāt quantaq; alia
ꝓ eo q̄ in p̄dicatione verbi dei ſatis cla=
re effloruerat mota ſint ꝓpriā quidē ſin
gula queqȝ hiſtoriā requirūt. Tn̄ ⁊ nos
in ſcdo libro tres apologias ex pte qua=
dam pſtrinximus. vn̄ facilius agnoſcere
pōt qui ſcire deſiderat. Interea iugi ⁊ cō
tinuato labore in explanatione diuinoꝝ
voluminū pſiſtebat: ſiue alexandrie ſiue
apud ceſareā poſitus: ſicut ex ipſis eius
cōmentarijs indicat̄. Exponēs ſane pri=
mū pſalmū. Deſignat etiā ipe qui ſit ca=
non veteris teſtamēti hoc mō ſcribens.
Non eſt ignorandū inquit viginti duos
libros eſſe in canone veteris teſtamenti
ſicut hebrei tradunt: ſm numeꝝ ſcilȝ ele
mentoꝝ q̄ apud ipſos habentur. Et pau
lopoſt addit. Hi ſunt aūt viginti duo li=
bri: Geneſis Exodus: Leuiticus: Nūe=
rus: Deuteronomiū Ieſu naue. iudicū.
Regnorū primꝰ ⁊ ſcdͣs vnꝰ liber eſt apͩ
illos: quē nomināt Samuel. Itē tertius
⁊ quartꝰ vnꝰ eſt apud ipos quem appel
lant regnū Dauid. Et paralipomenon
primus ⁊ ſecundus in vno habētur. quē
dicunt ſermones dieꝝ. Heſdras primus
⁊ ſcdͣs in vno eſt. Itē liber pſalmoꝝ ſalo=
monis ꝓuerbia ⁊ alius eccleſiaſtes. Et
tertius eiuſdem cātica canticorum. Sed
⁊ duodecim ꝓphetarum liber vnus eſt
Eſayas ꝓpheta. Hieremias: Ezechiel:
Daniel. Iob. Heſter. in his cōcludūt ca=
nonem voluminum diuinorum Macha
beorum v̄o libro extrinſecus habent.
B ¶ De noui aūt teſtamēti canone in
primo libro cōmentarioꝝ euangelij ſm
mattheū hoc mō ſcribit. Ex traditione
inquit didici de quatuor euāgelijs: quia
hec ſola abſq; vlla contraditione ſuſcipi
debent in oībus q̄ ſub celo ſunt eccleſijs
dei. Ita etenim tradiderūt patres: quia
primo oīm ſcriptū ſit euangeliū a mat=
theo qui aliquando fuerat publicanus
hebraicis literis: et traditum ijs qui ex
circunciſione crediderant. ſcdm vero ſcri
ptū eſſe a marco iuxta ea que ſibi tradi=
derat Petrus. De quo ⁊ in epiſtola ſua
cōmemorat dicēs. ſalutat vos filius meꝰ
marcus. Tertium eſſe ſm lucam quod
paulus apoſtolus collaudat tanq̄ ijs q̄
ex gentibus crediderant ſcrpitum. Su=
per omnia vero eſſe euāgeliū Ioannis.
De apoſtolicis quoq; literis ita dici. Is
vero qui idoneus factus eſt miniſter no
ui teſtamenti non litera ſed ſpiritu Pau
lum dico: qui repleuit euangeliū ab hie=
ruſalē in circuitu vſq; ad illiricū: nec ad
omnes eccl'ias quas docuerat ſcripſit: ſȝ
quatuordecim ſolas epiſtolas ⁊ in ipſis
plures breuiſſimas ſcripſit. Quanuis ⁊
nonnulli de ea q̄ ad hebreos ſcripta eſt
dubitauerint pro eo q̄ non videatur in
ea ſeruari eius illa ſententia quaȝ de ſe
ipſe ꝓnuntiat dicens: ſe imperitum eſſe
ſermone. Sed ego dico ſicut mihi a ma=
ioribus traditū eſt: quia manifeſtiſſime

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pauli eſt ⁊ ſemper omnes antiqui maio
res nr̃i ita cãvt pauli ep̃lam ſuſceperũt.
Si vo requiras a me p quẽ ſit ei⁹ ſermo
cõpoſit⁹ p certo quidẽ deus videt. Opi
nio tñ q̃ ad nos vſq̃ puenit hmõi ẽ. A q̃
buſdã dicebat: q clemẽs aplõꝝ diſcipu
lus et ep̃s vrbis rome greco eã ſermone
non tñ ſenſibus expolluerit. Alij vero q
lucas qui euangelium ſcripſit ⁊ act⁹ apo
ſtolorum. Petrus vero ſup quẽ xp̃i funda
tur eccl'ia: duas tm̃modo ep̃las ſcripſit.
E quibus a nonnullis ⁊ de ſcd'a dubitat.
Joannes quoq̃ qui ſupra pectus dñi re
cubuit: poſt euangelium ſcribit ⁊ apocali
pſi in qua tñ reticere iuſſus eſt quid. vij.
tonitruorum locute ſunt voces. Scripſit
autẽ ⁊ tres epiſtolas: in quibus due per
breues. De quibus ⁊ apud quoſdam du
bia ſnĩa eſt. De his quidem talia.

¶ Cap. xviij. de Eracla ⁊ nonnullis alijs ep̃is qui ſummo origenis amore tenebantur.

Interea deci-
mus erat annus ſupradi
cti principis Romanoꝝ: in
quo origenes ⁊ alexãdria
pfugus ceſareã venerat.
Eracle vni ex diſcipulis pbatiſſimo de
quo ſuperi⁹ dixit. Catheceſeos auditoriũ
derelinquẽs. Non multo aũt poſt: ⁊ De
metrius epiſcopus defunct⁹ eſt quadra
ginta tribus annis epiſcopatu illius ec
cleſie miniſtrato. Cui ſuccedit ſupradict⁹
Eraclas. Per idẽ tp̃s erat iepiſ magnifi
cus Firmilian⁹ Capadocũ gentis vrbis
Ceſaree. Hic tm̃ venerationis erga ori
genem ſciẽtie ⁊ doctrine gr̃a habebat: vt
indeſinẽter eũ cõſtringeret ſecũ morari.
Sed ⁊ ip̃e derelicta eccl'ia ad ip̃m ppera
bat et vtebat religioſa q̃dã viciſſitudine
dum ipſe mõ ad ſtructionẽ ſue eccl'ie illo
euocaret mõ ipſe ſui pfectus gr̃a ad ip̃m
pergeret et docẽti ei diebus ac noctibus
aſſideret. Sed ⁊ alexander quẽ hieroſo
lymoꝝ eccleſie preeſſe ſupra docuimus ⁊
Theotiſtus q̃ apud Ceſaream guberna
bat eccleſiam omne pene vite ſue tp̃s ad
audiendum cũ mancipabãt: atq̃ ipſi ſoli
in diuinis ſcripturis ⁊ eccl'iaſtica doctri
na ſummam magiſterij concedebant.

¶ Cap. xix. de maximino imperatore et eius in chriſtianos perſecutione.

Alexãdro vero
imperatore poſt. xiij. annos
principatus ſui defuncto ma
ximinus ceſar ſuccedit. Qui
dum odio fertur aduerſum deceſſoris ſui
alexandri domum perſecutiones cõmo
uit eccleſijs: ita tñ vt eos tm̃mõ qui popu
lis preerãt ⁊ doctrine punire iuberet: ve
lut q̃ cãm ceteris huiuſcemodi pſuaſio
nis pberẽt. Tũc Origenes librũ de mar
tyrio ad Ambroſiũ ſcribit. Qui cũ ad plu
rimos cõueniſſet: tanq̃ neruis q̃buſdam
validiſſimis ſtabiliti ſponte ſe ad confeſ
ſionem xp̃i nois offerebãt. Ex quo ⁊ ma
ximinus numer⁹ extitit ꝯfeſſorũ trib⁹ an
nis a maximiano pſecutiõe ꝯmota in qui
bus finem ⁊ pſecutionis fecit ⁊ vite. Poſt
quẽ gordian⁹ iperiũ ſuſcepit. Pontiano
vo ſex ãnis epiſcopatu vrbis Rome fun
cto ſuccedit Antherus. Qui cum mẽſem
vnum non amplius miniſtraſſet: Fabia
no ſacerdotium dereliquit.

¶ Capi. xx. de mirabili aſſumptione fabiani ad epiſcopatum.

Tradũt aũt fa-
bianũ Anthero defuncto cũ
de agro reuerteretur vna cũ
amicis ſuis ⁊ vniuerſus eccle
ſie populus pro ep̃o deligendo in v num
coiſſet atq̃ alius de alio vt fieri ſolet in ta
libus conclamaret: nec tamen vulgi ſen
tẽtia certi aliquid obtineret: aſtitiſſe etiã
ip̃m inter ceteros ſcire cupientẽ q̃ rei exi
tus foret. Et ſubito p dei puidentiã colũ
bã celitus lapſam figurã ferentẽ illius q̃
in ſancti ſp̃us imagine ſuper ieſum deſcẽ
derat apud iordanem ſup caput aſtitiſſe
Fabiani. Ad quod ſpectaculum ora cun
ctorum oculoſq̃ conuerſos. et omnes ve
lut vno ſpiritu commotos hunc eſſe epi
ſcopatu dignum per dei iudicium decre
uiſſe: eumq̃ continuo cathedre impoſitũ
et legitimo ſacerdotio confirmatum. Qđ
aliũ ſuper huius alij ſup zepherini noĩe
geſtum tradunt. Tuncetiam a pud an
thiochia ꝫ ep̃o zebẽno defuncto babilas
eccleſie ſuſcepit principatum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Capitulum.xxi.de nonnullis ori-
genis diſcipulis.

Apud Alexan
driam ꝓ cū eraclas deme
trio ſucceſſiſſet: auditoriꝫ
Catheceſeos quod ab Ori
gene ſuſceptum tenuerat:
Dionyſio tradidit: eo ꝙ et ipſe vnus ex
diſciplis eſſet origenis. Ipſe autem cum
apud Ceſareā moraret̃ innumeri ad eū
non ſolum regionis ipſius viri ſed ex ꝓ-
uincijs procul poſitis concurrebāt et de-
relicta patria ac parentibꝰ ſeq̄bant̃ eū
viam dei docentē. In quibus fuit ⁊ vir fa
moſiſſimus theodorꝰ: ipſe qui non lōge a
nr̄a memoria nobiliſſimꝰ in ep̄is apud pō
tū gregorius nominat̃: fide ⁊ virtutibus
atq; ſcientia ꝑ oīa aplicꝰ. Sꝫ ⁊ eius fra-
ter antenodorꝰ: quos origenes adoleſcē
tulos de auditorio rethoris retractos
ſtudia communiū literarum in diuinam
ſuaſit philoſophiā cōmutare. Quiq; apd̄
eū per quinquenniū tp̄s verbo dei operā
dantes: in tantū ꝓfectū diuine eruditio-
nis atq; ſciētie ꝑuenerūt: tm̄q; vite meri
to ⁊ morū cultu enituerūt: vt ab ip̄is ſcho
lis eiꝰ immatura adhuc etate ad ep̄atꝰ
ꝓ̄ti ꝓuincie ſacerdotiū vterq; raperet̃.

¶ Cap.xxij.de africano et opuſculis
eiꝰ ſimul ⁊ ſcriptis origenis.

Per idꝫ tēpus
erat etiam africanus vir in-
ter ſcriptores eccleſiaſticos
nobilis huius ep̄la fertur ad
origenē ſcripta: obijciētis ei ⁊ proponen-
tis: ꝙ hiſtoria ſuſanne q̄ in daniele eſt:
ficta videat̃: ⁊ aliena a ſcp̄tura propheti
ca. Cui origines magnificentiſſime re-
ſcribens aſſerit nequaꝗ̄ iudeoꝝ ꝯmētis
et fraudibus auſcultādū. Sꝫ hoc ſolū ꝓ
ꝓ habēdū in ſcripturis diuinis: qd̄ .lxx.
interp̄tes trāſtuliſſent qm̄ id eſſet ſolū qd̄
autoritate ap̄lica cōfirmatum ſit. Uene
rūt ad nos etiā alia ſupradicti ſcriptoris
africani opuſcula: ⁊ maxie chronica val
de diligēter ſtudioſeq; cōpoſita. In q̄bus
cōmemorat ſe alexandriā ꝓperare. He-
racle opinione celeberrima prouocatū:
quē ⁊ in diuinis ⁊ ī philoſophicis ſtudijs
atq; oī grecoꝝ doctrina inſtructiſſimum
fama loq̄ret̃. Queq; inibi ep̄atꝰ offm̄ ſuſce
piſſe ſuperiꝰ memorauimꝰ. Idē q̄ꝫ Affri
canus ſcribit ad ariſtidē quēdā de ea q̄
videt̃ euāgelioꝝ diſſonantia: ⁊ cur mat-
thei ⁊ luce in gn̄atione xp̄i ferat̃ diuerſa
conſcriptio. Ubi oſtendit euidentiſſimam
vtriuſq; cōſonantiā ſicut iam in primo li
bro huius op̄is edocuimus. Per idē tp̄s
origenes triginta ꝯmētarioꝝ libris in ꝑ-
tē quādā Eſaye prophete editis in Eze-
chielem .xxv. Athenas ꝓficiſcēs conſum-
mare ſe memorat. Ubi ⁊ q̄nq; libros pri-
mos in cantica cāticoꝝ ſcribit. Alios aūt
q̄nq; regreſſus ad ceſaream ꝯſummauit.
Sꝫ nūc nō opꝰ eſt opuſcula eiꝰ enūerare:
q̄ pene inūerabilia ſunt cū id ī eo op̄e fe-
cerimꝰ: vbi btī pāphili vitā deſcripſimꝰ:
referētes quāta ab eo antiquorū ſcripto
rū volumina ⁊ precipue Origenis biblio
theca ceſarieſi quā ipſe precipue ⁊ nobili
ſtudio cōpoſuit conſecrata ſunt. Si q̄s er
go noſſe vult: quāta origenis volumina
in manus noſtras venerint. inde ſumat
indiculū. Nunc autem ad hiſtorie nobis
ordinem properandum eſt.

Capi.xxiij.de berillo heretico quem
ad viā veritatis redire perſuaſit ori-
genes.

Berillus de quo pau-
loante memorauimꝰ: Boſtre
ne vrbis Arabie epiſcopus
eccleſiaſticā docendi regulā
violare conatꝰ peregrina quidā et alie-
na veritate docere cepit: aſſerens dn̄m ⁊
ſaluatorē nr̄m: neq; extitiſſe ante carnis
natiuitatē: neq; ꝓpriā deitatis hr̄e ſub-
ſiſtentiā: ſed hoc ſolū: ꝙ paterna deitas
ī eo habitaret. Pro quo cū plurimi ep̄i cō
gregati diſceptationes cum eo non mini
mas habuere. Sꝫ īter ceteros origenes
magnop̄e exhortatꝰ eſt venire in cōflictū
viri. Iſq; primo ſenſim cū eo diſputans:
q̄ ſentiret diligentius ꝑſcrutat̃. Quo com
perto cōtinuo quid abſurdi ineſſet huiuſ
cemodi ſenſibꝰ: ⁊ q̄d impietatis talia aſſe
rentē cōſequeret̃ oſtendens. Abijcere ac
reſpuere male conceptum ſuaſit errorē:
⁊ redire ad fidē verā ſanāq; doctrinā. Qd̄
q; pene in cauſis talibꝰ inauditū eſt: ita

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

errorē ab eccleſia depulit: vt ⁊ emēdaret
nō ꝑderet erroris autorem. Deniq; ferꝉ
etiā nūc deſcripta ipſa diſputatio orige=
nis ⁊ berilli: q̄ ꝑ ſemetipſam p̄clari opis
eiꝰ indicio eſt. Sed ⁊ multa alia eiꝰ ⁊ ſiĺa
ad nos geſta dictaq; ſatis clara ⁊ magni
fica ꝑuenerūt: q̄ nos vel lr̄s ipſius vel ma
iorum relatiōe cōperta nūc interi ꝓ hi=
ſtorie breuitate p̄terimꝰ. Que tn̄ agnoſci
poſſunt ex ea q̄ ſcripta eſt a ſctō pāphilo
martyre apologia ꝓ ipō vna mecū: quā
ob cohibēdos querulos inuicē nos iuuā=
tes cōi ſtudio ac labore cōſcripſimus.

¶ Cap. xxiiij. de philippo imperatore
⁊ eiꝰ mira humilitate ⁊ obedientia.

Et gordianꝰ cū
per ſeptē annos romanū gu=
bernaſſet imperiū philippus
vna cū philippo filio ſuccedit.
De hoc traditū nobis eſt ꝙ xp̄ianꝰ fuerit:
⁊ in die paſche. i. in ipſis vigilijs cū inter=
eſſe voluiſſet: ⁊ cōicare miniſterijs: ab epō
loci nō priꝰ eſſe permiſſus: niſi confiteretꝉ
peccata ſua ⁊ intra penitētes ſtaret. Hec
vllo mō copiā ſibi myſteriorū futurā: niſi
prius ꝑ penitentiā culpas quo de eo fe=
rebanꝉ plurime diluiſſet. Ferꝉ igitur libē
ter eū qđ a ſacerdote imperatum fuerat
ſuſcepiſſe diuinū ſibi ineſſe metum ⁊ fidē
religionis pleniſſimam rebus atq; ope=
ribus comprobans.

¶ Cap. xv. de origenis opuſculis: que nō
niſi in magna ſenectute trāſcribi ꝑmiſit.

Huius tertio im
perij anno: eraclas apud ale=
xandriā ſexto anno ēpatꝰ ſui
diem obijt: locumq; ſacerdotij
Dionyſius ſuſcepit. Quo tp̄e ſexageſimū
agens etatis annū: poſteaq; ⁊ vſu ⁊ peri
culis ⁊ laboribus: plurimū fiducie in ver
bo dei acceperat: ꝑmiſiſſe ferꝉ ea que ex
tp̄e in eccleſijs diſſerebat a notarijs ex=
cipi: nec ante vſq; dediſſe hanc copiā: niſi
cum id ſibi ⁊ vite grauitas: ⁊ etatis ma=
turitas: ⁊ multe experientie conceſſit au
toritas. Tunc aduerſum quendā celſum
epicurū philoſophum q̄ cōtra nos libros
cōſcripſerat. viij. voluminibꝰ rn̄dit. Tūc
⁊ in euangeliū ſm̄ mattheū libros. xxv.
cōmētarioꝝ edidit. Et i duodecim ꝓphe
tas q̄plurima cōmētatꝰ eſt. Ex quibus
ad nos vſq; ad. xx. tantū. ⁊. v. volumina
peruenerūt. Sunt eiꝰ ⁊ ad imꝑatorē phi
lippū ep̄ƚe: ⁊ ad vxorē eius ſeuerā: abſq;
vllo adulationis ſuco ſcripte. Scribit et
ad fabianū vrbis rome ep̄m: ⁊ ad alios
q̄plurimos eccleſiaꝝ principes de catho
lica fide ſua. De quo euidentius in ſexto
apologie noſtre ꝓ ipſo volumine cōpre=
hendimus. Sunt alie eius epiſtole ad
diuerſos ſcripte: quarū nos interim cen=
tum numero inuenire potuerimus atq;
in libros digeſtas memorie tradere.

¶ Capitulū. xxvj. ꝙ origenes aliquos
hereticantes ſua diſputatione ad re=
ctam fidem reuocauit.

Ea tēpeſtate in
Arabie partibꝰ extiterūt q̄dā
aſſertores dogmatū ꝑuerſoꝝ:
dicētes aīas hoīm ꝑ mortem
cū corporibus interire pariter ⁊ corrūpi.
Rurſum in tp̄e reſurrectiōis denuo ſuſci
tari cū corporibus. Ad quē morbū ab ec=
cleſia depellendū: cū ingēs epoꝝ cōcilium
cōueniſſet iterū: origenes rogaꝉ ab oībꝰ
intereſſe: ⁊ facere ſermonē. Cūq; coram
oīm ſacerdotū cōcilio diſputaret: tam ma
gnifica fuit eiꝰ oratio: vt oēs eos quos no
ui dogmatis error inuoluerat ad fidē re=
ctam ⁊ ſenſum catholicum reuocaret.

¶ Cap. xxvij. ꝙ origenes hereſim helche=
ſaitarū vt primum cepit oriri reſtrinxit.

Extitit etiam alia
hereſis per illud tp̄s q̄ dr̄ helche
ſaitaꝝ. Quē ille ſtatim vt viſa ē
apparuiſſe reſtrinxit. Facit aūt eiꝰ mētio=
nē: cū de octogeſimo ⁊ ſcđo pſalmo i eccle
ſia diſputaret hoc mō dicēs. Uenit q̄dā i
his diebꝰ: q̄ ſibi magnū aliq̄d ⁊ ſupra cete
ros ſape videreꝉ: aſſerere volēs q̄dā ipia
⁊ abſurda defendēs hereſim quādā El=
cheſaitarū q̄ nuꝑ exorta eſt: ⁊ tn̄ q̄ ſint q̄
ipſa hereſis aſſerat idicabo vobis: ne cui
forte vr̄m ſubripiaꝉ ignaro. Iſti ergo q̄dā
de ſcripturis ſctis refutāt. Et rurſu; vtū
tur teſtionijs de nouo ⁊ veteri teſtō q̄bꝰ
volūt. Apl̄m tn̄ paulū ex itegro reſpuūt
⁊ aſſerūt ꝙ in ꝑſecutiōibꝰ ſi q̄s negauerit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nihil criminis habeat: ꝓ eo ꝙ is qui fixꝰ
eſt in corde ſuo. ēt ſi ore negauerit pro ne
ceſſitate: corde tn̄ in fide permanet. Hec
aſſerunt: ⁊ libꝛū quendā circūferūt: quez
dicunt de celo lapſum. Cuiꝰ verba ſi qs
audierit: remiſſionem accipiat peccatoꝝ
aliam preter illam quam chriſtus dedit.

¶ Capi. xxviij. De exordio ꝑſecutiōis
Decij imꝑatoris ſub quo indicibilia
tormēta ꝓ xp̄i fide origenes pertulit.

Interea philip
po ſeptem annis principatu
adminiſtrato deciꝰ ſuccedit.
Qui ꝙ infeſtꝰ eſſet Philippo
ꝑſecutionem eccleſijs ſuſcitat. In qua fa
bianꝰ in vrbe roma martyrio coronatus
ſedē ſui ep̄atus cornelio dereliqt. In hie
roſolymis ꝗ̄o alexā̄der ep̄s rurſum ꝓ cō
feſſiōe xp̄i iudici ſiſtit̄ ⁊ vinculis carceris
traditur: quiqꝫ cū longeue etatis venerā
da canicie ꝑfulgeret: poſteaq̄ꝫ freqūter
paſſionibꝰ ſuis: ⁊ cruciatibus glꝛificaue
rat dn̄m: dū de vinculis ad tribunal ⁊ a
tribunalibꝰ reuocat̄ ad vincula inter ip̄a
viciſſim ſibi ſuccedentia tormēta defecit.
Huic i ſacerdotio marabbā̄tes ſuccedit.
Apud antiochiā vero ſimilā̄s ꝑ oīa babi
las alexā̄dro poſt cōfeſſionē glorioſe vite
finē ſortit̄ in vinculis. Poſt quem fabianꝰ
ep̄atus officium ſuſcepit: ſed in hac perſe
cutione quanta aduerſum origenē geſta
ſint: quibuſqꝫ cōtra eam peſſimꝰ demon
artibꝰ cuz vniuerſo exercitu ſuo ⁊ quāta
contentione pugnarit vtqꝫ ſuꝑ oēs cete
ros q̄ per illud tp̄s pro xp̄i noīe tenebant̄
nouas cruces: noua penaꝝ genera: ac ſe
culis omnibus inaudita tormēta ꝑtule
rit: vtqꝫ ꝓ eo ꝙ in doctrina fidei ⁊ verita
tis ⁊ opinatiſſimꝰ habebatur oīa aduer
ſus eum demonici furoris arma cōmota
ſint ⁊ ignibꝰ intentatis. Ita caute mille
mortibus vexatꝰ ſit: nec tn̄ vna ei quam
optabat accideret q̄qꝫ exitus eum ſuſce
perit perſecutore ſummo ſtudio id geren
te: vt nec interitus preſtaret̄: nec pena
ceſſaret ⁊ quales poſtmodū de his ipſis
ep̄las ſcripſerit: quas oī miſeratiōe et la
chrymis plenas ex ipſis manifeſtiꝰ que
ſcripta ſunt integram qui agnoſcere cu
pit hoꝛum notitiam ſumet.

¶ Capitulum. xxix. de dionyſio alexā
drino ⁊ quā liberum incertā̄tibus ſe
reſponderit verbum.

Dionyſius vero
alexā̄drinꝰ ep̄s ꝑ illud tp̄s ſi
cut ex ipſiꝰ ep̄is veriſſime ꝯpe
rimus in multis ſepe ꝯfeſſiōi
bus ſatis clarus efficit̄: ⁊ ꝓ paſſionū tor
mētoꝛūqꝫ diuerſitate magnificꝰ. Deniqꝫ
refert inſectantibꝰ ſe quibuſdā rn̄diſſe.
Quid iſectā̄do laboratis. Caput meū ꝓ
q̄ magnoꝑe fatigatū auulſum ceruicibꝰ
ſumite ⁊ donū magnū ad tyrā̄nū referte.

¶ Capitu. xxx. de nimia feritate qua
ſub decio in noſtros ſeuitū eſt: ac ſtrē
nuis xp̄ianorum agonibus.

Sed ⁊ idem ipſe
ad fabianū antiochenuz ep̄m
ſcribens de his qui ſub decio
apud alexā̄driā agones mar
tyrꝝ deſudauerent hoc modo refert. Nō
ex precepto inq̄t imꝑatoris apud nos ꝑ
ſecutio ſumpſit exordiū: ſed anno integro
principalia ꝑuenit edicta miniſter demo
nū qui dicebat̄ in ciuitate nr̄a diuinus ſu
perſtitioſum ꝯtra nos exagitā̄s vulgus:
a quo multitudo ſucceſſa nihil aliud q̄ꝫ
pioꝛū ſanguinē ſitiebant. Primo ergo re
ligioſum quendā ſenē metranū noīe cor
ripientes iubēt impia verba ꝓferre. Quod
ille cū facere recuſaret omne corpus eiꝰ
mēbratim fuſtibus colliſerunt. Vultūqꝫ
⁊ oculos acutis calamis terebrantes ex
tra vrbē eum cruciatibus eiecerūt. Ibi
qꝫ qd̄ in eo ſupererat ſpūs lapidibus ex
pulerunt. Poſt hec mulierē quandā no
bilem corintham noīe ad idola ꝑducen
tes adorare cogebant. Recuſantem imo
potius execrā̄tē vincula pedibus innectē
tes ⁊ per plateas totius ciuitatis trahē
tes fedo horrendoqꝫ ſupplicij genere di
ſcerpūt. De hinc oēs ſimul irruerūt ꝑ do
mos ſeruoꝛū dei diripientes et euerten
tes atqꝫ hoſtili crudelitate cuncta fedan
tes: ita vt ꝑtioſioribus quibuſqꝫ direptis
ſi qua illic viliora repererā̄t in vnū ꝯgre
gata igni in plateis cremarent. Nr̄i tn̄
direptionē hanc bonoꝛū ſuoꝛū ſicut ap̄ls
de illis dixit antiquis cū gaudio ſuſce

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

perunt. Sꝫ et admirandā virginē longe-
ue etatis apolloniam noīe cum corripuiſ
ſent dentes ei primo oīs effoderunt: con
geſtis deinde lignis extruxerunt rogum
comminantes viuam ſe eam incenſuros
niſi cum ipſis pariter impia verba pro-
ferret. At illa vt rogū vidit accenſuꝫ pau
lulum quid in ſemetipſa molit̄. Repente
vero ſe e manibus erupit impioꝝ atq̄ in
ignem queꝫ minabant̄ ſponte ꝓſiluit ita
vt ꝑterreret̄ etiam ipſi crudelitatis auto
res q̄ ꝓ̄ptior inuenta eſt ad mortē fe-
mina q̄ ꝑſecutor ad penā. ſerapionem q̄ꝫ
domui ſue reptum crudeliſſimis affece-
re ſupplicijs ita vt oēs ei iūcturas men-
brorum prius ſoluentes de ſuperioribus
eum precipitarent.

B ¶ Nullum nr̄is iter erat ꝑ vicū nulliꝰ
platee tranſitꝰ indulgebatur. Neq̄ die
neq̄ nocte ꝓcedendi vſq̄ libera erat fa-
cultas. Ut eīm q̄s nr̄orum apparuiſſet in
publico ſtatim clamor vulgi ⁊ ſeditio na-
ſcebat̄: vt vel pedibus traheret̄: qui vi-
ſus eſſet vel igni ſuccenderetur. Ueꝝ cuꝫ
hec mala ꝑ dies ſingulos augerentur: ſu
bito inter ipſos ꝑſecutores rabies q̄dam
belli ciuilis exarſit. Et dū inter ſeditioni-
bus prelijſq̄ decreta interim nobis pau
lulū licuit reſpirare. Sed nō in lōgū ve-
nia fuit. Cōtinuo nāqꝫ crudeliſſima prin
cipiū mittunt̄ edicta. Quibꝰ tāta aduer-
ſum nos ferebat̄ immanitas: vt ſcd̄m q̄d
predictum eſt a dn̄o ſi fieri poſſet ſcanda
lizarentur etiam electi. Ex quo perter-
ritis pene oībus quidam ex ipſis nobi-
libus ſtatim ſe ſponte impijs actibus in-
geſſerunt. Alij conuenti tm̄modo nōnulli
a domeſticis ꝓditi ad ſacrificia execran-
da ⁊ ad immundas hoſtias properabāt.
Aliq̄ ex his pallentes ⁊ trementes vt ma
gis imolari ipſi q̄ immolare idolis vide-
rentur. Ita vt etiā ab inſpectāti vulgo re
derent̄: eo q̄ ⁊ ad moriendū ⁊ ad ſacrificā
dū iuxta meticuloſi videbantur. Alij ſa-
ne tā impudēter ad aras ꝓſiliebāt: vt ⁊
affirmare niterent̄ ſe nūq̄ xp̄ianos fuiſ-
ſe. Hi erant de q̄bus ꝑ̄dixerat dn̄s. Q̄m
pecunias habentes difficile ſaluabūtur.
Ceteri vero aut iſtos ſeq̄bant̄ in ꝑ̄ceps
aūt certe v̄tebant̄ in fugā. Ex q̄bꝰ nōnul
li ꝯprehēſi ⁊ i carcerē miſſi: alij ad ꝑ̄mam
ſtatim iudicis faciem negauerunt fidē.
Aliquanti paululum ſupplicijs tolera-
tis ad vltimum deciderunt.

C ¶ Hi vero q̄ beati effecti ſunt tāq̄ co
lumne fortiſſime dn̄i ipſius ſpū confirma
ti ꝓ fidei ſue merito virtute a dn̄o perce-
pta admiranda deo ⁊ angelis martyrij
ſui ſpectacula ꝓ̄buerunt. Quorū primus
venerabilis iulianꝰ podagra contactus
ita vt neq̄ incedere: neq̄ ſtare poſſet cuꝫ
his q̄ eum in ſellula portabant offertur.
Quoꝝ vnꝰ q̄dem ſtatim negauit. Alius
v̄o noīe Eunus cum Juliano ſene in dn̄i
nr̄i ieſu xp̄i confeſſione ꝑdurat. Quiq̄ iu-
bentur camelis impoſiti per oēm circun
duci ciuitatem: ⁊ flagris hīcinde verbe-
rātibus ppl̄o ſpectante laniari vſq̄ quo
finem vite in ipſis verberibus ponerent.
Sed vir q̄dam militaris cum aſſiſteret
et quoſdam volentes etiam mortuis il-
ludere cadaueribus ꝓhiberet clamor re
pente aduerſum eum totius vulgi extol-
litur. Offertur iudici fortiſſimus miles
iam dn̄i et nuſq̄ ſe inferior factꝰ in cōfeſ
ſione ꝑſiſtens capite ꝓprietate damnat̄.
Alius quidā vir noīs ſui macharius gē
te. Libicus cum multis verbis a iudice
ad negandum ſuaderetur: et eo maiore
cōſtantia fidem ſuā profiteret̄: viuus ad
vltimū iubetur exuri. Epymachus quo-
q̄ atqꝫ alexander cū multo tp̄e: ⁊ in vicu
lis ⁊ in cruciatibus carceris torti etiam
frequenter ⁊ diuerſis ſupplicijs confecti
perduraſſent in fide ignibus ad poſtre-
mum cōſumi iubentur. Sed et mulieres
cum ipſis quatuor in quibus Ammona-
ria ſecta virgo aduerſum quam ſumma
contentione iudice perſiſtente et immen
ſis eam atq̄ exquiſitis cruciatibus affli
gente: eo maxime q̄ eius ſn̄iam vincere
cupiebat: q̄r laudabili voce decreuerat
nihil ſe prorſus eorum que ſibi contra
fas imperabātur acturam ſtatuti ſui te-
nax ad vltimum capite punitur. Secūda
vero fuit virgo mercuria nomine anus
venerabilis et fecundiſſima in filijs: ſed
quos nō pretulit xp̄o dionyſia ⁊ alia am
monaria. Que dum nimia vtuntur con-
ſtantia apud iudicem et ille vinci erube
ſceret a feminis inauditis tormentorum
generibus toleratis finē omniū ferro ce-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

abſtinentiſſime derelictis omnibus non
ſolum erroribus demonum ſed et ſeculi
actibus mancipaſſet: etiam baptiſma
conſecutus eſt. Et intantum vite meri-
to ac fidei virtute profecit vt ipſe beato
gregorio in epiſcopatu ſucceſſor extiterit.
Sed ingenij ſui nobis in paruo maxima
monimenta dereliquit. In eccleſiaſtem
namq; metafraſim idem gregorius ma-
gnificentiſſime ſcripſit. Et catholice fidei
expoſitionem breuiter editā dereliquit:
quam pro edificatiōe eccleſiarum ſocia-
re his commodum duxi. Gregorij mar-
tyris et epiſcopi neoceſarie fides. Unus
deus pater verbi viuentis ſapientie ſub
ſiſtentis: et virtutis ſue et figure perfe-
ctus. Perfecti genitor pater filij vnige-
niti. Unus deus ſolus ex ſolo deo: figura
et imago deitatis verbum perpetrans
ſapientia comprehendens omnia et vir-
tus qua tota creatura fieri potuit. Filiꝰ
verꝰ veri et inuiſibilis ex inuiſibili et in-
corruptibilis ex incorruptibili et immor-
talis ex immortali ⁊ ſempiternus ex ſem
piterno. Unus ſpiritusſanctus ex deo
ſubſtantiam habens: et qui per filium
apparuit imago filij perfecti. Perfecta
viuentium cauſa: ſanctitas ſanctifica-
tionis preſtatrix. Per quem deus ſu-
per omnia et in omnibus cognoſcitur et
filius per omnes. Trinitas pfecta maie
ſtate et ſempiternitate et regno minime
diuiditur neq; abalienatur neq; factum
quid aut ſeruiens in trinitate neq; ſu-
perinductum tanq; ante hac quidem nō
ſubſiſtens poſtea vero ſuperingreſſum.
Neq; itaq; defuit vnq; filius patri neq;
filio ſpiritusſanctus: ſed inconuertibilis
et immutabilis eadem trinitas ſemper.
Sed de gregorio ſatis dictum eſt: nūc ad
hiſtoriam redeamus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Capitulum.xxv. de paulo ſamoſateno heretico eius intolerabili ſuperbia eius excommunicatiõe ab epiſcopatu depoſitione ⁊ eiectione.

Interea dionyſius apud alexandriam quieuit in pace duodecimo anno imperij galieni decem ⁊ ſeptem annis functus ſacerdotio. Succedit vero ei maximinus. Igitur Galienus cũ ꝑ annos.xv. Romanum gubernaſſet imperiũ. Claudio regni ſucceſſore defunctus eſt. Qui duobus ſolis annis in imperio tranſactis aureliano rerum apicem dereliquit. Huius temporibꝰ vltimũ apud antiochiam epiſcoporum conſilium congregatur. In quo Paulus arguitur manifeſteqꝫ conuincitur hereticus: et damnatur ab omnibus que ſub celo ſunt eccleſijs chriſti inſiſtente plurimum ⁊ diſceptationibus validiſſimis perurgẽte. Alchione preſbytero antiochene eccleſie viro fideliſſimo ⁊ omnibus virtutibꝰ adornato: cui accedebat etiam hoc ꝙ erat diſertiſſimus ⁊ potens in verbo atqꝫ in omni eruditione perfectus. Deniqꝫ oratoriam in eadem ipſa vrbe docuerat. Huic igitur ab omni epiſcoporum concilio permittitur diſputatio cum paulo excipientibus notarijs que ita magnifice ab eo et accurate habita eſt: vt ſcripta ederentur ⁊ nunc quoqꝫ in ammiratiõe ſit omnibus. Solus etenim potuit diſſimulantem et occultantem ſe paulum cõfeſſionibus proprijs publicare. Quibus ita geſtis communi cõſilio vniuerſi pariter ſacerdotes ſcribunt epiſtolã ad perſonam dionyſij epiſcopi vrbis Rome et maximi alexandrie epiſcopi que per omnes mitteretur eccleſias per quam cunctis et ſuam diligentiam comprobarent ⁊ pauli hereſim cõfutatam eſſe atqꝫ deiectam in vniuerſorum notitiam peruulgarẽt. Simul etiam que cum eo queſtiones habite ſint indicant. Sed ⁊ vitam ipſius intemperatam pariter moreſqꝫ deſcribunt. Ex quibus pauca aliqua inſerere huic operi noſtro dignũ iudicauimus. Dionyſio et Maximo: et omnibus qui per vniuerſum orbem ſunt ſacerdotibus et coepiſcopis cum vna preſbyteris et diaconibus atqꝫ omni eccleſie catholice que ſub celo eſt Henus: et Hymeneus. Theophilꝰ theotignus maximus proculus nicomas helianus paulus bolaſus protegenes lerax euticius theodorus malcion lucius preſbyteri: et ceteri omnes qui nobiſcum congregati ſunt ex vicinis vrbibus: et gentibus epiſcopi et preſbyteri ⁊ diaconi dilectiſſimis fratribus in domino ſalutem. Et poſt pauca addiderunt mittentes hanc epiſtolam. Deprecamur omnes vt ſi qui forte tali doctrina infecti ſunt curantur a vobis ſicut et beate memorie vir dionyſius Alexandrinus et firmilianus ex Capodocia iam prius ſcripſerant ad antiochie plebem dedignantes imo potius declinantes ad perſonã ipſius ſcribere qui erat autor erroris. Ipſe autem beate memorie firmilianus cũ adhuc ſupereſſet. Secundo affuit ⁊ preſens eum arguit ac notauit: ſicut omnes nouimus et teſtamur qui ſimul cum illo veneramus. Sed repromittente eo corrigere errorem credidit ſperans poſſe fieri vt abſqꝫ religionis noſtre opprobrio ⁊ diſſenſionum nota res veniret in melius. Et ideo diſſimulauerat cum tamen paulus dolo differret: et hominem quidem falleret deum autem negaret ac fidem: in qua renatus fuerat violaret. Deniqꝫ et nunc beatus Firmilianus veniebat Antiochiam: et cum tarſum vſqꝫ perueniſſet et nos omnes Antiochie poſiti aduentum illius operiremur: nuntiatus eſt nobis exceſſiſſe de mundo.

B ¶ Poſt aliquanta vero deſcribentes eius vitam moreſqꝫ adijciunt etiam hec. Poſtea vero q̃ a doctrine regula ac alienaſſe dogmata ⁊ adulterina conuertit: non opus eſt enumerare actus priores: quomodo cum prius egens fuerit: et pauperrimus: neqꝫ ex parentum ſucceſſione neqꝫ vllam queſtus occaſionem habuerit honeſtam nunc ad ſummas diuitias peruenerit: non aliunde niſi ex ſacrilegijs. Et ex his que per fraudem diripuit concutiens fratres vendens patro

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cinia ꝛ fidē negotiorum ſuſceptorum nec accepta mercede cuſtodiens: exiſtimās ſecūdum quod ſcriptum eſt queſtum eſſe pietatem. Superbiam vero eius quis ferre poſſet cum ſe magis ducenarium quam epiſcopum videri vellet. Nam et incedens per plateam tali quadam ambitione vtebatur: publice epiſtolas relegens atq; in auditu omnium et oculis dictans aſſiſtentibus ſibi in platea notarijs. Directio quoq; pretereuntium et cōſtipatio inſequentium quamplurima querebatur: ita vt omnes qui videbant horreſcerēt et deteſtarent per illius arrogantiam religionem diuinam. Hec in publico. Intra eccleſiam vero tribunal ſibi multo altius quam fuerat extrui: et thronuz in excelſioribus collocari iubet. Secretarium quoq; ſternit et parari ſicut iudicibus ſeculi ſolet. Uerbum vero faciens ad plebem iactare ſupra modū dexteram ac palmam femori illidere: pede quoq; ſubſaltare ac ferire ſcabellum cum ſonitu. Ab auditoribus vero non fauorem neq; plauſum ſperare ſolum: ſed theatrali more oraria moueri ſibi expetebat: et voces tanquam de caueis dari. Hec non ſolum a viris. Sed etiam a mulieribus indecenter expetebantur. Si quis vero auditorum honeſtius et verecūdius agens a clamore nimio temperaſſet: velut iniuriam faciens patiebatur iniuriam. Sed et antiquis et defunctis iā tractatoribꝰ inſultabat: et illis derogans ſuas laudes inuerecunde impudenterq; iactabat: rectorem ſe magis q̄ eccleſie doctorē laudari cupiebat. Pſalmos vero qui in dominum noſtrum ieſum chriſtum dicebantur ceſſare fecit: velut Neotericos et nuper inuentos. In ſemetipſum vero compoſitos diebus paſche in medio eccleſie canere mulieres maxime quas ipſe prius ad cauendum pro more inſtituerat faciebat. Ita vt horreſceret ſi quis audiret. Naz cum ipſe filiū dei negaret deſcendiſſe de celo. Sed a maria cepiſſe ꝛ initium habuiſſe de terra pſalmi qui in ipſuz dicebantur: ꝛ quibus in populo laudabatur angeluz eum dicebant deſcendiſſe de celis. Et hec ipſe aſſiſtēs et audiens non ſolū dici non prohibebat: ſed elato ſupercilio delectabat audire. De mulieribus vero que cū ipſo ſimul manebant quas ſymcunctas antiocheni appellant quid opus eſt dici. Ex quarum ſocietate ꝛ contubernio vt ſibi nulla queſtio moueretur etiam preſbyteris ꝛ diaconis ſuis his dūtaxat q̄ ei morem gerebant habitandi mulieres ſecum ſimilē licentiam dedit. Sed ꝛ congregandi diuitias tribuit facultatem: quo ipſi in ſimilibꝰ obnoxij magiſtro nequaq; crimen impingerent. Nos autem idcirco hec ſcribimus fratres chariſſimi: quia nouimus quod ſacroſanctum debeat eſſe epiſcopale ſacerdotium quod ꝛ clero et plebi eſſe debeat exemplo. Neq; enim ignoramus quoſdam dum incautius ſibi ad cohabitandum iungunt mulierculas cecidiſſe. Quod etiam ſi non fiat certe in ſuſpitionē venire de talibus ſacerdoti grauiſſimum eſt. Quomodo autem vetare poterit eos qui infirmiores ſunt a mulierum conſortio: quibꝰ ex his que gerit autoritatem prebet? Tantus vero ac taz immitis ſuis fuit in potētatu ꝛ ita ſpecie quadam tyrannidis elatus eſt: vt ne arguendum quidem quiſquam vel accuſandum auderet accedere. Sed et que diximus condemnari poſſent etiā in eo qui fidem catholicam ſeruat: et in eccleſiaſtici dogmatis veritate perdurat. Hic vero qui abiurato fidei myſterie ad pollutiſſimam ſe arcem: et hereſim contulit (neceſſarium enim fuit etiaz partem erroris ipſius deſignari) quomodo habendus vel quomodo execrandus eſt.

C ¶ Et poſt multa in fine epiſtole addunt etiam hec. Igitur neceſſarium viſum eſt hunc reſiſtentem deo: neq; acquieſcentem vere fidei adijcret abiurari. Alium vero pro ipſo eccleſie catholice conſtitui epiſcopum per dei gratiam prouiſum filium beate memorie demetriani: qui huic ipſi eccleſie inculpabiliter prefuit. Domnum nomine virū omnibus bonis ornatum. Indicauimus autem vobis de eo vt ſciatis ad ipſum vos ſcribere debere: et ab ipſo communionis ſcriptam ſuſcipere. Hic autem qui indignus habitus eſt eſſe in eccleſia catho-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lica: anathema ſcribatur: et illi⁹ hereſeos ſectatores excommunicentur. Domno igitur in epiſcopatum ſubrogato: Paulus a ſacerdotio abſciſſus ⁊ cõmunione cum de domo eccleſie nollet exire interpellatus imperator aurelian⁹ religioſe ſatis de hoc ſancteꝗ decernit his precipiens eccleſie domnũ tradi quib⁹ italie ſacerdotes ⁊ romanus epiſcopus ſcriberent. Et iterum predictus paulus ad cetera mala etiã hoc decoris acquiſiuit: vt manu publica de eccleſia pelleretur. Et tunc quidem talis erga nos extitebat aurelianus. Proceſſu vero temporis immutare propoſiti ſui bonum cepit et malis conſilijs deprauatus perſecutionẽ erga dei eccleſias meditari eouſꝗ vt dicatur quod dicatis iam literis et ſcriptis cum ſupereſſet ſola ſubſcriptio diuina dextera interueniens ſubſcriptionem nefande dextere deturbauerit: morte etenim ſubita condemnatur qui de piorum morte cenſebat: vt oſtenderet deus quia non cũ voluerit tyrannus cruciamur: ſed cum probauerit ipſe corripimur. Igitur ſex annis aurelian⁹ cum gubernaſſet principatum. Probus poſt hunc ſuſcepit. Cui tantundẽ temporis expleſſet imperium. Charus vna cum filijs cario ⁊ numerianno ſuccedit. A quibus tribus annis nec pleni⁹ Romano regno adminiſtrato. Diocletianus ſuſcepit principatum. His vero maximas in noſtros perſecutionis ⁊ eccleſiarũ ſubuerſiones molitus eſt.

Huic quaſi ſimile habetur i hiſtoria trip. libro. vij. c.xxxvj. a.i fine.

¶ Capitulum. xxvj. de mane a quo manicheorum hereſis oritur.

Sed paulo anteꝗ hic imperium ſumeret in vrbe Roma defuncto dionyſio: poſt nouem annos ſacerdotij felix ſuſcepit ſedẽ. ¶ Quo tempore manẽs quidam ſecundum nomen ſuum inſanies et inſtinctu demonis agitatus inuiſam et execrabilem omnibus hereſim docet. Hic autem manes gente perſes vita et moribus barbarus fuit: tam acer ingenio vt inſanire vel demone adimpleri videretur. Deniꝗ vt rei exitus docet chriſti ſe nunc gerere formam conabatur oſtendere nunc ipſum ſe eſſe paraclytũ predicabat elatus inſania ad ſimilitudinem chriſti duodecim diſcipulos eligens ad predicãdum mittebat dogmata ſtulta et impia a diuerſis hereticis qui iam prius extincti fuerant mutuata diſſeminans ⁊ noſtro orbi perſica venena propinans. Ex hoc ergo Manicheorum hereſis vſꝗ in hodiernum diffunditur: eo tempore exorta quo Felix in vrbe roma eccleſie preerat. Qui per quinꝗ annos adminiſtrato ſacerdotio euticiano ſedem reliquit. His decem menſibus ſolis tranſactis gaio epiſcopatum tradidit. Qui noſtris iam temporib⁹ quindecim annis ſacerdotio perfunctus Marcellinum ſucceſſorẽ reliquit. Quem iam perſecutionis tempus inuenit.

¶ Capitulum vigeſimumſeptimum. de Anatholeo viro eruditiſſimo eiuſꝗ ſubtili induſtria qua Alexandriã ciuitatem fame pariter abſoluit ⁊ bello: ⁊ quid ipſe de paſcha ſenſerit.

A tempeſtate apud anthiochiam ſacerdotium poſt donum ſuſceperat Timeus. Poſt timeũ vero Cirillus. Cirillo autem ſucceſſit Dorotheus: qui ad noſtram vſꝗ memoriam perdurauerit: vir eruditiſſimus et in ſcripturis diuinis ſatis intentus: qui pro multa diligentia: etiam hebream linguam didicerat. Greca autem eruditione liberaliter a puero fuerat iſtitut⁹. Is cunu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

chus a natiuitate fuit. Ex quo etiā im-
perator in admiratione eum numerat:
et honorē ei contulerat purpure pre-
posituram. Huius etiam nos cum in ec
clesia ſcripturas exponeret: auditores
in pueritia fuimus. Poſt hunc autem
tyrannus apud antiochiam ſacerdo-
tium ſuſcepit. Sub quo eccleſiarū per-
ſecutio increuit apud Laoditium poſt
Socratem. Euſebius: Alexādrinus ge-
nere epiſcopus fuit. Qui in cauſa Pauli
Samoſatem ad partes ſyrie cum veniſ-
ſet quod eſſet in ſcripturis diuinis eru-
ditus a fratribus ſtudioſis velut the-
ſaurus quidem repertus: vltra nuſꝗ
abire permiſſus eſt: ſicut Dionyſius in
epiſtolis ſuis ſcribit. Huic quoqꝫ ana-
tholius ſucceſſor: vt aiūt bonus boni ex-
titit. Qui et ipſe genere Alexandrinus
erat eruditione vero liberalium litera-
rum et in philoſophicis a puero appri-
me eruditus. Ita vt apud Alexādriam
dialecticam docere ab omnibus erudi-
tis viris ⁊ philoſophicis cogeret. Hunc
etiam belli tempore quod inter ciues ex
ortum eſt apud Alexandriā ferunt mul-
ta bona ciuibus in conſilijs prouiſioni-
bus preſtitiſſe. Ex quibus vnum tātum
modo factum breuitatis cauſa memo-
rabo. Frumentum aiunt cum deeſſet
obſeſſis: et fames grauius ꝗ hoſtis vr-
geret: tertia pars cum due ſe inuicē im-
pugnarent erant populi ſeparata: que
quaſi fidem romanis ſeruabat. In qua
parte tunc etiam ſupradictus Anatho-
lius erat abſqꝫ impugnatione. Hic ad
magiſtrum militie refert. eumqꝫ de fa-
mis: neceſſitate que obleſſis acciderat
edocet et impetratam gratiam ciuibus
defert: eamqꝫ hoc modo diſtribuit. Pri-
mum quidē vtraqꝫ partes inter ſe diſſi
dentes alloquitur: ac romanis redire
in gratiam ſuadet. Sed cum reluctan-
tes videret hoc ſaltem inquit credo vos
libenter accipere vt omnem noſtrorum
manum imbellem qui belli quidem no-
bis nequaꝗ: ſibi tamen neceſſario par-
ticeps eſt: exire portas ſinatis. Conſi-
lium ab vtraqꝫ parte gratanter acce-
ptum eſt. Decernunt imbelliū manum
egredi caſtris debere. Data occaſione
omnes pene quos inedia conſumebat
pariter cum imbellibus erumpunt. Pre
cipue noſtris quibus bellum gerere cō-
tra propoſitum erat. quos omnes Ana-
tholius ſuſcipiēs parentis ſimul ac me-
dici fouebat affectu: et ita multitudini
per cibum ſalutem propere contulit. Re
liquis vero qui pauci remanſerant for-
midinem belli et deſiderium pacis in-
cuſſit: ita miſericordi prudentiqꝫ cōſilio
vrbem maximam fame pariter abſoluit
et bello.

B ¶ Hunc ergo ſecundum de Ale-
xandria: de munere Laodicenorum ci-
uitas accepit epiſcopum: poſt tranſa-
ctum quod ſupra memorauimus bellū.
Multa quoqꝫ opuſcula ſupradicti ana-
tholij magnifice compoſita ad nos vſqꝫ
venerunt.

¶ Ex quibus mihi dignum videtur de
paſcha quid ſenſerit: ipſius verbis pro-
ferre. Eſt ergo inquit in primo anno ini
tium primi menſis quod eſt decimum et
octo annorum circuli principium. Secū-
dum egyptios quidē mēſis Famenoth
viceſima ſexta die ſecundum Macedo-
nes diſtrimenſis viceſimaſecunda: ſecū-
dum vero Romanos vndecimo kalēdas
aprilis in qua die inuenitur ſol non ſolū
conſcendiſſe primā partem. verumetiā
quartam iam in ea die habere: id eſt in
prima ex duodecim partibus. Hec autē
particula prima ex duodecim vernale
eſt equinoctium. Et ipſa eſt initiū men-
ſium: ⁊ caput circuli: ⁊ abſolutio curſus
ſtellarum que planete id eſt vage dicū-
tur: ac finis duodecime particule et to-
tius circuli terminis. Et ideo non parū
delinquere dicimus eos qui ante ini-
tium hoc noui anni paſcha putant eſſe
celebrandum. Sed nec a nobis primi
exordium ſumit hec ratio. Antiquis iu-
deis fuiſſe comprobata demonſtratur:
et ante aduentum chriſti obſeruata ſi-
cut euidēter edocet Philo: ⁊ Joſephus.
¶ Sed et horum antiquiores Aga-
thobolus et ab eo eruditus Ariſtobo-
lus ex paneada: qui vnus ex illis ſe-
ptuageſimis ſenioribus fuit: q miſſi fue-
rant a pontificibus ad ptolomeum re-
gem hebreorum libros interpretari in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

grecum ſermonem. Qui ⁊ multa ex traditionibus moyſi: proponenti regi percunctantiq; reſponderant. Ipſe ergo cum queſtiones Exodi exponerent dixerunt paſcha non prius eſſe immolandum ꝙ̄ equinoctium vernale tranſiret. Ariſtobolus vero etiam hec addit: in die paſche non ſolum obſeruandū eſſe: vt ſol equinoctium vernale tranſcendat: verum et luna. Cum enim duo ſint equinoctia inquit veris ⁊ autūni equis ſpatijs direpta et quartadecima die menſis primi fit ſtatuta ſolennitas poſt veſperam quando luna ſoli oppoſita e regione deprehenditur ſicut etiā oculis probari licet. Inuenitur vtiq; vernalis equinoctij partem ſol obtinens: luna vero econtrario autumnalis. Legi et in eorum libris alia multa de his validiſſimis aſſertionibus expoſita: que euidenter oſtendant paſche ſolennitatem omni genere poſt equinoctium celebrandam. Multa et alia preterea non ſolum religioſis viris: ſed ⁊ philoſophis ammiranda ſcripta anatholius dereliquit: quib⁹ ſalutaris eius eruditio ſcire volentibus innoteſcat. Huic primus theotegnus ſacerdotiū Ceſaree tenens in epiſcopatum manus impoſuit et viuens ipſe ſibi eū ſucceſſorem ſue cathedre ſtatuit. Unde et aliquanto tempore pariter cum ipſo Theotegno ceſarienſi eccleſie prefuit.

Capitulum.xxviij. de nobilibus in eccleſia viris quorum aliquāti vſq; ad ſcriptoris memoriam perdurarunt.

Sed cum aduerſum paulum Samoſatenum Anthiochiam cōueniretur ad concilium: pretergredientem Anatholium defuncto euſebio Laodicenſis eccleſia vi ſibi vindicauit epiſcopum. Poſt quem vltimus vſq; ad perſecutiōis tempus apud laodiciam Stephanus eccleſiam gubernauit. Et ipſe eruditione et eloquentia prioribus non inferior: ſed fidei virtute longe diſſimilis: ſicut perſecutionis ignis probauit. Nihil enim philoſophie in neceſſitate tentationis oſtendit: ſed non continuo in illius infirmitate: dei paupertas oſtēditur. Poſt huius namq; caſum prouidit deus eccleſie illi epiſcopum theodotum nomine virum non ſolum verbis: ſed rebus et virtutibus ornatum. Hic arte quidem medicus fuit: ſed ad animarum a domino tranſlatus eſt medicinam. Uere incomparabilis qui ſuper omnes pene homines: fide miſericordia ſtudio vigilantia atq; omnibus optimis inſtitutionibus claruit: in ſcripturis quoq; diuinis laborem quamplurimum geſſiſti interea apud ceſereā paleſtine Theotigno cum epiſcopatum ſolertiſſimo peregiſſe: Agapius ſuccedit. Qui et ipſe multo labore multaq; diligentia in gubernatione populi adhibita et precipue erga indigentes paterna prouidentia ferebatur. A quo et vir per omnia prudentiſſimus vita eruditione moribus adornatus Pamphilus eccleſie ipſius preſbyter ſubrogat̄. Sed iſte pamphilus quiſve ſit et quantus ⁊ vnde oriundus quoniam non erat dignum breuiter tranſcurrere: omnē eius vitam inſtitutionemq; a puero: ⁊ quanta in perſecutionibus per diuerſas confeſſiones pertulerit: quoſq; agones deſudauerit: ⁊ qualiter ſuper omnia coronam martyrij adeptus ſit: proprio id opuſculo cōprehendimus. De hoc ergo quā mirabilis fuerit: illa lectio doceat. Sed et alios quamplurimos per illud tempus admirabiles: in preſbyteris viros noſtri iam memoria tenet. Ut apud alexandriam Hierium Meletium vero apud Pontū: qui epiſcopus poſtmodū factus eſt. Sed hiericus quidem acer ingenio in diuinis ſcripturis nobiliter eruditus: vita puriſſimus: atq; ad xp̄ianam philoſophiam nudus. Et penitus expeditus doctor eccleſie incomparabilis priuatim et publice mirabiliter diſputans. Meletus vero tante fuit ſuauitatis in moribus et tante dulcedinis:

vt Mel

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vt Mel atticū a ſodalibus vocaretur.
In omni eruditiōe perfectus in Retho-
ricis talis erat: vt alijs ſtudijs nunquā
vacaſſe putaretur in cunctis vero phi-
loſophie generibus: que in quinq; diui-
dunt diſciplinas: ita erat per ſingulas
cōſummatus vt cum in vnaquaq; quis
experiri voluiſſent: in hac eū ſola a pue-
ro habuiſſe exercitium iudicaret. Cūq;
eſſet eruditionum prerogatiua magni-
ficus: virtus tamen animi et vite ſince-
ritas longe in eo magnificentior habe-
batur. Quem nobis perſecutionis tem-
pore in fuga propoſitum apud paleſti-
nam: diligentius ⁊ plenus agnoſcere li-
cuit. Igit Hieroſolymis poſt hymeneū
de quo paulo āte memorauim⁹ zapdas
ſacerdotiū ſuſcepit. Qd paruo tempore
amminiſtratū hermoni poſt ſe tradidit.
Hic vſq; ad noſtri temporis perſecutio
nem: apoſtolicam inibi quā ſuſceperat
cathedram conſeruauit apud Alexan-
driam vero maximo qui ſucceſſerat dio-
nyſio: cum decem ⁊ octo annis ſacerdo-
tium tranſegiſſet Theonas ſuccedit cu-
ius tempore Achillas eiuſdem eccleſie
preſbyter: eccleſiaſtice ſchole magiſte-
rium tenuit eruditione fide conuerſa-
tione ⁊ moribus inſignis. Theonas ve-
ro cum decem et nouem annis ſacerdo-
tium inculpabiliter miniſtraſſet: ſedem
tradidit Petro viro inter pcipuos egre-
gio. Hic duodecim annos in epiſcopa-
tu illius vrbis exegit. Quorum tres an-
te perſecutionem reliquos vero nouem:
diuerſis in tentationum generibus du-
xit. Cunq; ſemper in omni agone perſe-
cutionum poſitus: artiorib⁹ ſe vinculis
continentie diſtringeret: ⁊ ad vtilitatem
atq; inſtructionem eccleſie in verbo dei
nobiliter inſiſteret: ſatiſq; vigilāter erga
omnem ſacerdotij curam diebus ſuda-
ret ac noctibus: nono perſecutiōis anno
epiſcopatus vero ſui duodecimo marty
rij coronā capitis obtruncatione prome
ruit. Huiuſq; ſucceſſiones epiſcoporum
geſtaq; diuerſa a dñi ⁊ ſaluatoris noſtri
natiuitate vſq; ad tempus perſecutio-
nis in qua eccleſie quoq; deſtructe ſunt:
hiſtorie mandauimus. De reliquo vero
agones martyrū quos ipſi per noſmet-
ipſos vidimus deſcribētes: poſteris ad
memoriam relinquamus.

¶ Explicit liber ſeptimus.

¶ Incipit liber octauus.

Apoſtolorū
ſucceſſionib⁹ intra. vij.
libros a nobis cōcluſis
in hoc octauo volumi-
ne dignū credidi etiam
ea que noſtris tpibus
geſta ſunt poſteriorum memorie dere-
linquere: ⁊ hinc iam nobis ſermo ſumat
exordium.

¶ Cap. j. ꝙ iuſto dei iudicio dira in xpia
nos perſecutio ſub diocletiano orta eſt.

Etenim ante
noſtri tpis perſecutionē q̄
mirabiliter q̄q; magnifice
per vniuerſum mundum
ſermo xpi ⁊ pietatis doctri
na profecerit: et in quantū ſublimitatis
aſcēderit: enarrare vires noſtras ſupe-
rat. Naſci tamē ⁊ ex hoc poſſibile eſt qd
aliquanti ex principibus romanis: ⁊ fa-
cultatem reddēdi prouincias: iuriſq; di
cendi noſtris prebebant. Et coniugibus
ac miniſtris atq; vniuerſe domui ſue nō
ſolum credere in dñm noſtrū ieſum xpm:
verum ⁊ cū omni fiducia ac libertate in
fide agere ſinebant: ita vt illos ſibi fide-
les ac familiares ducerent de q̄bus certi
erant ꝙ pro fide xpi nihil perfidū ſape-
rent. Sicut fuit opinatiſſimus ille doro-
theus in cubiculo regum: qui propter
fidem domini fideliſſimus in omnibus
habebatur. Unde et cunctis preferri et
honore meruit: ⁊ amore. Cū quo ⁊ Gor-
gonius ceteriq; cum ipſis in dño fideles:
vel qui intra palatiū in ſummis honori-
bus erant vel qui ad prouincias guber-
nandas preferi ceteris fidei contempla
tione merebātur. Jam vero multitudi-
nes coeuntiū intra eccleſias populorū:
et precipue in dieb⁹ feſtis innumerabi-
les cateruas per loca ſingula confluen-
tes: quis digne poterit explicare: cū ne



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ipſa quidē antiqua receptacula ſuffice=
rent ſed quotidie orationū domus dila=
tarentur: ita vt amplitudo earum cōclu
dere inſtar vrbium videretur. Sic per
tempus plurimum eccleſiarum ſtatus
incremētis proſperioribus augebat: et
gloria earū terris excedēs ⁊ cuncta ſu=
pereminens feſtinare videbat ad celū.
Nulla enim occurrebat inuidia: nullus
liuor nequiſſimi demonis obuiabat: q̄m
quidē celeſtis dextere fulciebat auxilio
populus etiā tū bene de deo ꝓ pietatis
cultu ⁊ iuſtitie obſeruatione ꝓ meritis.
B ¶ Verū vbi ex multa libertate mul=
taq̄ȝ indulgētia viciati ſunt mores ⁊ di=
ſciplina corrupta eſt: dum alter alteri in
uidem⁹: ⁊ alter alteri derogamus: dūq̄ȝ
nos inuicem mordemus ⁊ inculſamus ⁊
aduerſum noſmetipſos inteſtina prelia
commouemus: dū verborū iaculis proxi
morum corda terebramus: dū princeps
cū principibus populi cū populis: ſedi=
tiones certamina concitamus: dū ſimu=
latio in vultu dolus in corde fallacia pro
fertur in verbis: ⁊ malorū per ſingula cu
mulus intumeſcit: diuina prouidentia
iacturam diſcipline populo ſuo illatam
ex plurima pace ⁊ nimia ſui lenitate ꝓ=
ſpiciens: aggreditur primo ſenſim refre
nare lapſantes: ⁊ integro adhuc eccle=
ſie ſtatu congregationibuſq̄ȝ manenti=
bus indulget interim eos qui erant in
militia tantū gentilium perſecutiōe pul=
ſari. Sed cum nullus ex hoc clementie
eius intellectus populis redderet: quin
potius velut ignorātes deū: abſq̄ȝ diui=
na prouidentia res agi ducerent: ⁊ per
hoc eo magis perſiſterent in malis ſuis
atq̄ȝ ipſi qui duces populi videbantur ⁊
principes: diuini mandati immemores
effecti: aduerſum ſeinuicē cōtentionib⁹
zelo: liuore: ſupbia: inimicitijs atq̄ȝ odijs
inflammarentur: ita vt tyrannidem po=
tius q̄ȝ ſacerdotium tenere ſe crederent
xp̄iane humilitatis et ſinceritatis obli=
ti: ſacra miſteria prophanis mentibus
celebrarent. Tunc demum ſm̄ vocem
hieremie ꝓphete obſcurauit dn̄s in ira
filie ſyon: et deiecit de celo gloriā iſrael
(nec rememoratus eſt ſcabellū pedum
ſuorū in die ire ſue). Et ſicut iterū dicit.

Submerſit dn̄s oēm decorē iſrael: ⁊ oēs
macerias eius deſtruxit. Et rurſum ſi=
cut dicit i pſalmis. Deſtruxit teſtamētū
ſerui ſui: polluit in terra ſanctificationē
eius per eccleſiarū ſcȝ ſubuerſionē. Et
deſtruxit oēs macerias ei⁹: poſuit muni
tiones eius timorē: diripuerunt populū
eius oēs q̄ tranſierunt per viā. pro qui=
bus cunctis opprobriū facti ſumus vici=
nis noſtris. Exaltauit eñ dexterā inimi
corum noſtrorū et auertit adiutorium
gladij ſui ⁊ non adiuuit nos in bello: ſed
⁊ deſtruxit eū ab emūdatione: et thronū
eius eliſit in terra. Paucos fecit dies no
ſtros: ⁊ ſuper oīa effudit ſup nos cōfuſio
nē. Summa namq̄ȝ malorū nobis affuit
oīm: tunc cum domus orationis ⁊ eccl'ie
dei viui ad ſolum deducte ſunt atq̄ȝ ab
ipſis ſubuerſe ſunt fundamētis. Diuine
vero ſcripture in medio platearū igni
cremate ſunt. Pro nephas: ipſi hec no=
ſtris vidimus oculis. Sacerdotes dn̄i ⁊
paſtores eccleſiarū publice denudatos:
inuerecūde: ⁊ inhoneſte huc atq̄ȝ illuc ab
impijs trahi: ita vt compleret ille ſermo
ꝓpheticus q̄ ait. Effuſa eſt ꝯtumelia ſu=
per principes ⁊ ſeduxit eos in inuio ⁊ nō
in via. Sed non eſt noſtrum deſcribere:
quāta in ſacerdotes dei iniuriarū gene=
ra collata ſunt. Sicut ne illud quidē no=
ſtrum duxim⁹ exponere ſingulatim quā=
ta prius inter noſtros rabies diſſenſio=
nis exarſerit. Hoc ſolū hiſtorie tradere
licuit q̄ iuſto dei iudicio ⁊ neceſſaria cor=
reptione diuinā ſenſimus manū. Neq̄ȝ
eñ refert in mediū proferre: ꝓ quibus
vel turbo perſecutionis inuectus eſt vel
quos q̄ȝtoſq̄ȝ infidelitatis procella ſub=
merſerit. Sed illa ſola cōmemorabo que
vel nos ipſos dicētes: vel alios edificent
audientes. Propter qđ hinc iā diuinos
agones beatiſſimorū martyrū breuiter
inq̄ȝtum poſſumus explicabimus.

¶ Cap. ij. de diriſſimis diocletiani in rē christianam edictis.

NOnus decimus agebat annus imperij Diocletiani: mēſis martius et dies ſolennis paſche immunebat: cū edicta principis per oēm terrā ꝓponebant: vt cūcte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

q̄ vſq; ſunt eccl'ie ad ſolū vſq; deſtruerentur. Scripture ſacre igni exurerent. Si quis inter nr̄os alicui⁹ honoris ꝓrogatiua muniret ſublata hac maneret infamis. Si q̄s ſeruorū ꝑmāſiſſet xp̄ianus libertatem cōſequi nō poſſet. Hec omnia his q̄ue primo aduerſum nos lata ſunt continebantur edictis.

¶ Capitulū.iij. de perſecutione diocletiani in generali.

Non multo poſt vero tpis addunt̄ ꝯ alia iubet vt oēs qui ꝑ loca ſingula eccleſijs ꝑſunt primo quidez coniȷ́ciant in vincula tum deinde omnibus ſupplicijs ſimulachris immolare cogant̄ Hincvero ingēs ſpectaculuꝫ ſacerdotes dei effecti ſunt huic mundo ꝛ angelis et hoib⁹ cū ꝑſecutorū crudelitate ad ſupplicia raperent̄: ꝛ agones mirādos omnib⁹ deſudaret. Illos autē q̄ et multo plures fuerūt q̄s met⁹ oppreſſit ꝛ ante ꝯgreſſionē ſolus terror eliſit ꝑterire melius puto Ceteri vero quoꝝ mēs ꝓptior et fides validior fuit tormēta patiebant̄: flagris alij diſcerpebantur: alij vngulis fodiebant̄: alij ignitis laminis vrebant̄. Ex q̄bus nōnulli quidē fatigati cedebant: alij vſq; ad finē patientiā ꝯſeruabāt. Ex ipſis aūt ꝑſecutorib⁹ quidā tāq; miſeratione vſi adhibebant nonnullos noſtroꝝ ad inceſta ſacrificaſſent conclamabant cū nō ſacrificaſſent. De alijs vero cum ne appropiaſſent quidē īdignis hoſtijs acclamabāt ipſi q̄ iā immolaſſent ꝛ abſcedebāt in eo tantū culpabiles q̄ crimē ſibi obiectū cū ſilentio paterent̄. Alij ſemiuiui ſublati tanq; mortui ꝓijciebantur. Alij pedib⁹ tracti inter eos qui ſacrificaſſent deputabant̄. Aliq̄ ſane clamabant ingenti voce: ꝛ teſtabant̄ ſe non ſacrificaſſe: ſed eſſe xp̄ianos tali ſe gaudentes cōfeſſione decorari. Nōnulli etiam maiore fiducia neq; immolaſſe ſe neq; vnq; immolaturos eſſe teſtabant̄. Quibus tñ ab aſſiſtētib⁹ militib⁹ ora cōtinuo atq; oculi ꝯtundebant̄ vt tacerēt violenterq; expellebant̄ tanq; acquieuiſſent. Tm̄ erat impijs ſtudijs vt ꝓpoſitū ſuū viderentur impleſſe. Sed nē aduerſum brōs martyres impune hoc facere licebat quoꝝ ū patientie ꝛ magnanimitatis virtute ꝯ̄ uis nullus digne ꝓferat ſermo tamen ꝑ mediocritate virium noſtrarū que poſſum⁹ enarrabimus.

¶ Cap.iiij. de eodem.

Igitur pꝛio oīꝫ q̄m ſicut dixim⁹ ignis hui⁹ exordiū iter ſolos militares pugnā ſcitilla ꝯflauerat cū delegeret̄ ſi q̄ eſſent iter milites xp̄iani: vt aut imolādū ſibi ſcirēt aut militiā pariter vitāq; ponēdā plurimi ex ipſis militiā ꝑ fide xp̄i pauci etiā aīas poſuere. Cum vero inde flāma ſumens initiū tota per populos ꝛ ſacerdotes exaggeraſſet icēdia poſſibile nō eſt numero ꝯprehēdi quanti quotidie pene ꝑ ſingulas quaſq; vrbes ꝛ ꝓuincias martyres efficiebantur.

¶ Ca.v. de ꝑſecutiōe diocletiani apꝺ nicomediā ꝛ nobili vni⁹ xp̄iani facto.

Etenim apꝺ nicomediā vir q̄dā de nobilibus honore ꝛ dignitate ſeculi illuſtriſſim⁹ ſil': vt vidit aduerſum cultores dei in foro crudelia edicta pēdere calore fidei nimio ignit⁹ publice ꝓplo iſpectāte iecta manu librū iniq̄ legis detrahit ac minutatī diſcerpit. Auguſto in eadē vrbe ſil' cū ceſare ꝯſtituto. Ad q̄s cū relatū eſſet religioſi ꝛ illuſtris viri factū ꝯtinuo oī in eū crudelitatis gn̄e deſeuiētes ne in hoc q̄dē ſolū efficere quiuerunt vt eum meſtum aliquis videret in penis ſed leto atq; hilari vultu cū iā viſcera in supplicijs defeciſſent ſpūs tñ letabatur in vultu ex quo tortores ſui grauius cruciabantur q̄ oīa ſuppliciorum genera conſumebant in eum quē ne triſtē quidē ex his reddere poterant.

¶ Cap.vj. de petri dorothei: ꝛ gorgonij martyrijs ꝛ agonibus.

Poſt hunc ad vnum ex dorothei ſodalibus q̄ in cubiculo regis erāt q̄ ſp in affectu habiti fuerāt liberoꝝ intētionis transfertur inſania.

¶ Cetermū cū de immenſis ſupra me=



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

moratí martyꝛis ſupplicijs liberius cau
ſaretur educi ipſe iubetur in mediũ atq
immolare cõpellit abnuens imperatur
appendi ⁊ flagris toto coꝛpoꝛe laniari vi
delicet: vt doloꝛis neceſſitate faceret qd
ꝑtiebat inuitꝰ. At ille cũ maneret immo=
bilis viſceribus iã pene nudatis iubetur
aceto ⁊ ſale ꝑfundi. Cũq etiã hoc toꝛmẽ=
ti genus conſtãter ac foꝛtiter tolerаſſet
craticula prunis ſubtracta ꝓponi iube=
tur in medio ibiq qd reliquũ fuerat in
verberibꝰ aſſumpti coꝛpꝛis ſuperponi ⁊ nõ
ad ſubditũ ſed ſenſim paulatimq ſuccen
di quo ſcʒ pena ꝓtelaret in longũ. Cũq
miniſtri ſceleꝝ in hũc modũ coꝛpꝰ modo
inde v̄ſantes p mẽbꝛa ſingula penas in=
ciperẽt ⁊ ſupplicia renouaret ſperantes
ſe ab eo elicere poſſe cõſenſum ille firmꝰ
in fide ⁊ ouãs in ſpe cõſumptis iã et igni
reſolutis carnibꝰ ſuis vltimũ ſpm̃ in fi=
de letus exhalat. Tali petrꝰ (hoc enim ei
nomen eſt) martyꝛio decoꝛatus vere pe=
tri extitit ⁊ fidei heres ⁊ nominis. ¶ Huiꝰ
inſtitutoꝛ in diſciplina et magiſter in of=
ficijs q̄ intra palatium exhibebant doꝛo=
theus erat cubiculi regis prepoſitus ha
bens ſecũ officio fide et magnanimitate
patrẽ goꝛgoniũ. Quoꝛuʒ inſtitutionibus
optimis oẽs pene cubiculi miniſtri in fi=
de dei vigilãter ⁊ libere perſiſtebãt. Do
rotheus igitur et goꝛgonius cum petruʒ
tã crudelibꝰ viderẽt atq immanibꝰ ſup=
plicijs cruciari conſtanter et libere cur
(aiunt) Imperatoꝛ ponis in petro mẽtis
ſniam q̄ in nobis omnibꝰ viget. Ut q̄d in
illo crimẽ ducit qd a nobis oibus confite
tur. Hec nobis fides hic cultus et vnani
mus eadẽq ſnia. Quos ille cuʒ in medio
nihilominꝰ venire iuſſiſſet ſimilibꝰ pene
vt prioꝛes ſupplicijs affectos ad vltimuʒ
laqueo appẽſos necari iuſſit. Tũc ⁊ an=
thimus ipſius vꝛbis eps in dñi noſtri ie=
ſu xpi cõfeſſione ꝑdurãs martyꝛij gloriã
capitis ob truncatiõe ſuſcepit. Hunc aũt
tanq̄ vere bonũ paſtoꝛem viaʒ martyꝛij
preeuntẽ vniuerſa pene gregis ſui mul=
titudo ꝓſequitur. Accidit nãq apud ni=
comediã in ipſis diebꝰ partẽ aliquã pala
tij incendio cõflagrare. Hoc imperatoꝛ a
noſtris ꝓfactum falſa ſuſpitione preſum=
pſit. Ex quo ineſtimabili furoꝛe ſucceſus
iubet oẽs nr̃os aceruatiʒ collectos alios
quidẽ gladio obtrũcari alios ignibꝰ con
flagari. Sʒ in illis per diuinaʒ gratiam
maioꝛ fide ignis ardebat. Deniq cũ aſſi
ſtentes miniſtri interrogarẽt ſingulos ſi
qui foꝛte ſacrificaturi vellent dimitti tã
viri q̄ mulieres ne interrogari quidẽ ſe
patiebant: ſʒ vltro vel flammis irruere:
vel cedentibꝰ gladijs certatim obiecta=
re ceruices. Cũq iam illis ipſis ſpectato=
ribꝰ nimietas crudelitatis hoꝛreſceret
miniſtri ſceleꝝ partẽ populi nauiculis i=
iectã in mediũ pelagi abducãt. Ibiq in
ſnia fidei perſiſtentes precipitãt in ꝓfun
dum. ¶ Intm̃ vero apud eos rabies cru
delitatis exarſit: vt regios pueros mar=
tyꝛes effectos cum ſcðm humanitatis oꝛ
dinẽ fuiſſent ſepulture mandati effode=
rent denuo ⁊ coꝛpa eoꝛũ ꝓijcerent in ma
re. Hoc dicẽtes: ne foꝛte dij efficiant xpia
noꝛũ. Et illi q̄ deos adoꝛare nolũt ſeruos
noſtros incipiant adoꝛare. Putant eniʒ
q diuinus apud nos honoꝛ martyꝛibus
deferatur.

¶ Cap. vij. de perſecutione diocletia
ni apud meleten ſyriã ⁊ tyꝛum.

Cum hec apud
Nicomediam gererent vbi
cruentus ⁊ feroꝛ autoꝛ ipſe
crudelitatis pioꝛũ carnibꝰ
inhiabat haud ſegniꝰ eſſet
apud Meleten prouinciam.
A ¶ Syriãq oẽs eccleſiaꝝ principes
carceribꝰ retrudi ⁊ in vincula cõuinci edi
ctis ꝑncipalibꝰ vꝛgebant. Simulq cum
his ex plebe viri ac mulieres nobileſq
⁊ ignobiles rapiebant ⁊ fiebat vbiq ſpe
ctaculũ miſerabile ac fedũ. Subito nam=
q inueniebat in vꝛbe ſilentiũ in carceri=
bus conſtipatio in vꝛbe p plateas homo
nullꝰ in carceribꝰ vacuus locꝰ nullus: vt
nõ tã rei ad ergaſtulũ duci q̄ ciuitas to=
ta migraſſe videret ad carcerẽ. Catene
q̄ homicidis adulteris venenarijs et ſe=
pulchꝛoꝛũ violatoꝛibꝰ fuerant fabricate
nũc epiſcopoꝛũ ⁊ p̄ſbyteroꝝ diaconoꝛũq
atq oim religioſoꝝ hoim colla conſtrin=
gunt: ita vt criminoſis nec vincula ſuper=
eſſent nec locꝰ ergaſtuli reſideret. Ueruʒ
cũ perueniſſet ad principẽ eſtuare carce

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

res: ꝑ innocentium penas locuꝫ deeſſe criminoſis: noua rurſum decreta mittũtur: vt ex his q̇ cõcluſi erãt ſi quis immolare vellet quilibet abſcederet. Qui vero abnueret diuerſis penaꝝ generib⁹ interiret. Tum iã quãte ꝑ ſingulas ꝓuincias multitudines martyrũ ⁊ p̄cipue in affrice ac mauritanie thebaidis quoqꝫ atqꝫ egypti regionib⁹ extiterint numero cõprehendere quis valeat?

B ¶ Sed illoꝝ ne quidẽ quoꝝ agone apud Paleſtinã vel Tyrũ (que eſt vrbs maxima fenicis) preſentes inſpeximus: dignum eſt memorare ſufficimus. Tãta etenim ab eis ꝟtute perſeuerãtie aduerſum illata ſupplicia ꝓ pietate certuꝫ eſt: vt niſi quis prius dño: ⁊ ſaluatori noſtro credat dicenti q̄ ecce ego vobiſcum ſum oibus diebus vſqꝫ ad conſummationem ſeculi: ⁊ eius virtutẽ martyrib⁹ ſciat eſſe preſentẽ rebus geſtis deroget fidem. At nos vt dixi nõ audita: ſed oculis noſtris inſpecta narramus. Exquirebant᷑ diuerſa tormentoꝝ genera ſibi inuicem ſuccedentia. Flagris primo per oẽ corpus dei martyres carpebantur. Poſt hec trahebant᷑ ad beſtias. Adhibebantur leones vrſi pardi atqꝫ omne ferarũ gen⁹. Apri quoqꝫ: ſed ⁊ tauri. Quibus fero ⁊ igni ferias addebat᷑. Preparabãt hec oia aduerſum cultores dei ⁊ ois cõtra eos hominũ beſtiarũqꝫ elementoruꝫ crudelitas armabat᷑. Ad hec dei cultores denudati ſtatuunt᷑ in medio arene loco. Additur adhuc arte intra caueas beſtijs furor. Et ita ſeuiores ſemetipſis effecte ꝓruũt clauſtris. Replent ſubito ſtadiũ circundant eccleſiã martyrum in medio ſitam. Circũeunt ſepi⁹ ⁊ obluſtrãt ⁊ diuine virtutis adeſſe eis cuſtodiã ſentiẽtes ꝓcul ab eorũ corꝑibus abſcedunt. Sꝫ ilico furor qui reprimebatur in beluis trãſit in hoies. Nemo preſentẽ dei virtutem nemo diuinum pijs adeſſe ſentit auxilium. Sed mittunt᷑ quib⁹ hoc artis eſt inſtigare beſtias aduerſum eos diuina dextera deſcendebat. Veruꝫ ille vt oſtenderet᷑ oibus nõ feritatẽ deeſſe beſtijs: ſed diuinã dei cultoribus adeſſe cuſtodiam illos ipſos qui ad inſtigandũ mittunt᷑ incredibili velocitate diſcerpunt. Et cum iam nullus ex huiuſmodi artificibus auderet accedere iubent᷑ ipſi ſancti martyres cõmotis manibus et velut prouocantibus incitare aduerſum ſe beſtias. Sed ne ſic quidẽ pati aliquid poterant. Verum et ſi forte aliqua fuiſſet ex beluis concitata cum veniſſet ad proximũ protinus in ſemetipſam conuerſam repedabat. Tunc vero ſtupor ingens et pauor oẽs qui in ſpectaculis conſidebãt inuaſerat videntes homines nudos in quibus plurimi prime adhuc etatis in medio tot ac tantarum poſitos ferarum intrepidos omnes ⁊ impauidos extẽſis ad celũ palmis ⁊ oculis ac mente totos cum deo non ſolum nihil curare terrena verum ne carnem quidẽ ſuaꝫ magni pendere et ipſis iudicibus pauore trementibus reos leto ⁊ hilari vultu in medio perſiſtere beſtiarũ. Sed o dure et impie mortaliũ mẽtes. Beſtiarũ feritas dei virtute manſueſcit: humana vero rabies nec ferarũ miteſcit exemplis. Sed tentatur adhuc ab omnib⁹ deus. Iubentur alij vere criminoſi beſtijs ſubigi qui tum ilico vt apparuerunt: alius a leone alius pardo ab vrſis alius exeſus: aut a tauro in aera diſperſus eſt. Et ita intra momentum tẽporis pereũt. Sed nec ſiquidẽ incitate beſtie cultoribus dei aliq̇d moleſtie generabãt diuino ſpiritu eos velut muris validiſſimis ambiente. Veras nãqꝫ ille eſt qui dixerat vbi fuerint ex vobis duo vel tres cõgregati in noĩe meo ibi ero in medio eorum. Cũ igit᷑ nec ſic quidẽ aliquid egiſſet humana ſeuitia iubentur mutari fere ⁊ ablatis prioribus alie rurſum dimitti. Que cũ ⁊ ipſe ſimiliter vt priores nihil triſte dei cultorib⁹ intuliſſent amotis etiã his ſeuiores feris martyrib⁹ homines mittunt q̇ ſoli poſſent immanitate beluas crudelitate feras atrocitate beſtias ſupare. Gladijs igit᷑ peragunt q̄ꝺ beſtijs nequiuerũt. Et vt in oib⁹ ſe oſtenderent beluis eſſe neqꝛores ꝓhibebant ẽt cadauera mãdari terre: ſꝫ iubebãt fluctibus dari. Hec apꝺ tyrũ venerãdi martyres q̇ ad illam vrbẽ de egypti partib⁹ venerãt mirifica certamina deſudarunt.

¶ Capi. viij. de eadem perſecutione apud egyptum.

In ſua vero prouincia apud egyptum innumerabiles alij nō inferiori gloria tā viri ꝗ̄ femie ſȝ ⁊ pueri ⁊ ſenes ꝓ fide dñi nr̄i ieſu xp̄i pſentem vitā paruipēdētes future glie beatitudinē queſiuere. Quidā ex ipſis vel bera poſt vngulas poſt flagella alioſqꝫ diuerſis generis horribiles cruciatꝰ flammis traditi ſunt. Alij in mare ꝑcipitati. Nonnulli etiam capite ceſi: ita vt ſponte ceruices ſuas ſecuribus darent. Nōnulli inedia cōſumpti. Alij patibulis affixi. In quibꝰ qdā more puerſo capite deorſum preſſo pedibꝰ in ſublimibꝰ ſublatis.

¶ Cap. ix. de incredibili perſecutione apud thebaidam et pulchra fortiqꝫ xp̄ianorum confeſſione.

Apud thebaidā ho oēm narrationē ſuperat agitata crudelitas ꝓ vngulis teſtas fictiliū vaſculorū adhibebāt tortores ꝗbus oē corpꝰ co vſqꝫ lacerabāt donec totā carnis eraderēt cutē. Mulieres ꝗ̄ȝ nudas (ita vt ne pudēda ꝗdē ꝓtegerent) arte quadā cōpoſitis machinis vno pede in excelſum ſuſpēſas ⁊ capite in terrā demerſas indigniſſimo ſpectaculo expoſitas pēdere p diē cōtinuū ſinebāt. Alias ſicubi vicine ſibi due arbores inueniebātur vi quadā ab vtraqꝫ inflexis cōtra ſe inuicem ramis eiſqꝫ ſingulis ſingulos pedes martyris obligantes ſubito ramos quos vi inflexerāt relaxabāt. Qui cū ad ſitū ſuū naturali impetu referrent diſcerptis diſſectiſqꝫ viſceribus auulſa ſecum mēbra rapiebāt. Et hoc nō paucis aliꝗbus aut quotidie qn̄ nimiū dece interdū ⁊ centū in vna die viri vel mulieres ſed ⁊ paruuli ſupradictis penarū generibus trucidabant. Uerū ⁊ nos ipſi ꝑ idem tp̄s cū in egypti partibꝰ iter ageremus oculis nr̄is inſpeximꝰ vt ſedēti ꝓ tribunalibus ſeuiſſimo preſidi offerebantur innumeri fideliū populi. Quos ille ſingulos ꝑ ordinē cōfeſſos ſe xp̄ianos capite plecti iubebat. Cūqꝫ ij certatim ſe et ſponte gladio ſubijcerēt ꝯfeſſione premiſſa ille inhumanus ⁊ crudus nec multitudinis cōtemplatiōe nec virtutis eorū magnanimitate ꝑmotꝰ duci nihilominus oēs ⁊ cedi capite iubet. Egrediunt cuncti pariter ad cōtiguū menibꝰ campū nō carnificū nexibꝰ tracti ſȝ fidei vinculis colligati. Nemo deſuit cū nemo ſeruaretur ſpōte oēs imo ⁊ alter alterū preuenientes ceruices cedentibus obiectabant. Defecerūt carnificū manus ⁊ ſuccedentes ſibi inuicē fatigati ſunt. Hebetata eſt acies gladij. Uidebā feſſos reſidere carnifices vires reſumere animos reparare mutare gladios. Diē quoqꝫ ipſum nō ſufficere ad penā. Nullus tn̄ ex oibus nec paruulus quidē infans deterreri potuit a morte. Sed hoc ſolum ſinguli paueſcebant ne forte dum properum ſol vergens claudere diem ſeparatis a conſortio martyrū remanerēt. Sic confidentia fidei conſtanter ⁊ fortiter cū letitia ⁊ exultatiōe mortem preſentem velut eterne vite principia rapiebant. Deniqꝫ cū priores quiqꝫ iugularent reliqui nō deſidie aut torpori animos indulgebāt ſed pſallentes: et hymnos deo canentes locum quiſqꝫ ſui martyrij expectabat: vt hec agētes etiā extremos ſpūs in dei laudibꝰ exhalarēt.

¶ Cap. x. de filea martyre eruditione ⁊ ſcriptis eiꝰ ſimul ⁊ de florini romanorum ducis paſſione.

Uere mirabilis ⁊ omni veneratiōe dignus grex ille beatorū: turma virorum fortium: corona ſplendoris: gloria chriſti.

A ¶ Hanc ſane coronā precioſior omni omniū lapis ⁊ gemma nobilior Fileas adornabat. Hāc turmam preibat doctor illuſtrior. Hūc gregē paſtor nobilior decorabat. Huius filee martyrus paſſionē apud gregoriū hyſtorijs egregie cōſcriptū recognoui atqꝫ mirabiliter eū apud impios de diuina religiōe nimiū diſputaſſe vt ⁊ necem Socratis phī quā apud athenas pro veritate tulerit in teſtimoniū illis ꝓtuliſſet. Fileas huic nomē eſt qui erat ep̄s vrbis ipſius ꝗ̄ appellat thimnis. Hic nobilitatē primi generis ſecūdum animi virtutē de celeſtibus trahe-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bat. De terrenis vero quãtū ad ſeculū
pertinet: primis in romana republica
fuerat honorib⁹ functus. Eruditione q̄ꝫ
liberaliū literarum ⁊ oībus q̄ ad animi
v̄tutē ꝑtinēt exercitijs apprime erudit⁹
nouiſſimã hãc que prior eſt oīm ſm̄ dn̄i
p̄hiam ita ſuſcepit vt oēs q̄ preceſſerant
anteiret. Cūq; plurimos propinquos ⁊
cōſanguineos nobiles viros in eadē vr-
be haberet frequēter ad ꝑfidē ducebat̄.
Cuiuſq; monitis acqeſcere tot ⁊ tãtis ꝓ-
pinquis exorãtibus reſpectum habere
vxoris ⁊ contemplationē ſuadebat̄ ſuſci
pere liberoꝝ neq; cepta ꝑſumptione
ꝑſiſtere. Ille velut ſi ſaxo immobili vnda
alliderett garrientiū dicta reſpuere ani
mū ad celū tendere deū in oculis habe-
re parētes ⁊ ꝓpinquos ſctōs martyres
⁊ apl'os ducere. Aderat tunc quidã vir
agēs turmam militū romanoꝝ filorom⁹
noīe. Qui cū videret fileã lachrymis ꝓ-
pinquoꝝ circūdatum ⁊ ꝑfidis calliditate
fatigari: nec tn̄ flecti: aut infringi vllate
nus poſſe exclamat. Quid inaniter ⁊ ſu-
perfluo cōſtantiã viri tētatis: q̄d eū qui
fidē deo ſeruat infidelem vultis efficere.
Quid eīm cogitis negare deū vt hoībus
acquieſcat. Nō videtis ꝙ aures eius ve
ſtra verba nō audiūt ꝙ oculi eius vr̄as
lachrymas non vident q̄uo poteſt terre
nis lachrymis flecti cuius oculi celeſtem
gloriam cōtuent̄. Poſt hec dicta cūctoꝝ
ira in filoromū ꝯuerſa vnã eãdēq; eū cū
filea ſubire ſnīam poſcunt: quib⁹ libēter
annuēs iudex vtrūq; plecti capite iubet.
G ¶ Verū q̄m filee fecim⁹ mentionē
⁊ ingenij atq; eruditionis ei⁹ ſtudiū ꝑdi
cauimus non videt̄ abſurdū ſi aliqua ex
opuſculis eius in quibus de martyrum
paſſionib⁹ memorat hyſtorie hinc q̄ ad
rem vcꝫ ꝑtinent inſeram⁹. Scribēs igit̄
ad thinnitas idem fileas poſt aliquãta
hec refert. Hoꝝ vero nobis bonoꝝ exem
pla ꝓbuerunt beati martyres q̄ vna no-
biſcū in agonib⁹ perdurãtes ſcōm ꝙ ex
diuinis ſcripturis fuerant inſtituti ocu-
lum mentis ſue in deo habētes deſrum
mortē pro pietate abſq; trepidatione ca
piebãt. Indeſinenter rem̄ cōſiderabãt
dn̄m nr̄m ieſum xp̄m ꝓpter nos hominē
factū hoc nos docuiſſe vt vſq; ad mortē
obluctemur aduerſum pctm̄. Siquidēꝫ
ipſe nō rapinas arbitrat⁹ ſit eſſe ſe equa
lē deo: ſed ſemetipſum exinaniuit formã
ſerui accipiēs ⁊ habitu repertus vt hō:
humiliauit ſemetipſum vſq; ad mortem:
mortem aūt crucis. Cui⁹ exēplum ſecuti
beati martyres oēs cruciat⁹ ⁊ penas ſu
ſceperūt: ne fidei ſue conſciētiã macula
rēt: q̄m quidem perfecta in eis charitas
foras eijciebat timorē. Quorum ſi velim
nunc tolerantie enumerare virtutes ⁊
exponere robur conſtantie: nec mihi co-
pia tanta ſermonis eſt nec puto alijs ni-
ſi his ſolis qui oculis ſuis intuebãtur q̄
geſta ſunt videri credibilia. Erãt enim
expoſiti omnibus volentibus pro libidi
ne inferre ſupplicia: ⁊ ſi quod aliquis ꝓ
ocium excogitans nouū genus ſupplicij
detuliſſet licebat inferre. Verberabãtur
ergo alij fuſtib⁹ alij virgis flagris q̄ꝫ alij.
nōnulli loris diſtricti vel funib⁹ appenſi.
Et erat ſtudiū ꝑ ſingulos pene nouū ge
nus inuenire ſupplicij. Poſt tergum alij
vinctis manibus appendebãtur: ⁊ Tro
cleis diſtenti membratim diuellebãtur.
Jam vero vngulis exarari vetus ⁊ leue
ducebatur. Qd̄ ⁊ ſi forte genus ſupplicij
cuiq; fuiſſet adhibitū non vt latronib⁹ et
homicidis ſolet tm̄ latera fodiebantur:
ſed ⁊ venter et femora ac tibie ⁊ vſqꝫ ad
vngues vngula perueniebat: ſed ne fa-
cies quidē ac vult⁹ et frons a tormentis
remanebat immunis. Addebatur ⁊ hoc
ſuper omnia: vt poſtea q̄ꝫ fuiſſent hūana
corpora abſqꝫ omni humanitate lania-
ta expoſita in publico ⁊ nudata non ſolū
veſte ſꝫ etiã cute: crudele cunctis preter-
euntibus ſpectaculum fierēt: quoſdã co
lūnis diſtrictos et poſt tergum diſtortis
brachijs vinctos relinquebant. Jam ve
ro ij qui ante preſidem ſuſpendeban-
tur non id ſolum temporis quo ab eo vl̄
diſcutiebantur vel cruciabantur: ſed to
tum pene diem cum alij actus ageren-
tur in eculeis exigebant ſi forte aliqui
ex his iugis pene continuatione a pro-
poſiti firmitate deciderent. Tanta ve-
ro in his crudelitas erat et intantum
ab eis omnis penitus humanitatis ſen
ſus aufugerat: vt poſtea quam omne
corpus vel tormentis vel verberibus



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fuiſſet aſſumptum trahi nudum pedi=
bus rurſuꝫ iuberetur ad carcerem atqꝫ
ibi neruo pedibus concluſis recentibus
adhuc terga vulneribus reījcerentur in
ſolum teſtarum fragmentis ſubter ſtra
tum. Interea quā plurimi vſqꝫ ad mor=
tem conſtanter et fortiter perdurantes
inuentoribus ſcelerum inaniter intēta=
re crudelitatis pudorem non minimum
conferebant. Alij vero recepta corporis
ſanitate ad reparandos denuo agones
diſpenſatores penarum ſponte prouo=
cabant. Quos illi erubeſcentes rurſum
ad tormēta reuocare ipſa eorum auda=
cia perterriti capite eos cedi iubebant.
Iſti ſunt veri in deo philoſophi bti mar=
tyris filee voces: quas in vinculis poſi=
tus ⁊ in carcerem retruſus commiſſe ſi=
bi eccleſie ſcribebat quibus vna ſecum
ſocios eos martyrum ⁊ cōſortes faceret
celeſtium coronarum.

¶ Cap. xi. de perſecutione in xp̄ianos
ſtupenda apud phrygiam.

TAm vero illud
quod apd̄ phrygiā geſtū eſt
q̄s audeat preterire: in quo
⁊ omnia humanitatis ⁊ pro
pria romani regni iura violata ſunt vbi
vrbē quādā xp̄ianoꝝ ciuiū in qua cum
⁊ populus oīs ⁊ honorati viri ⁊ curator
ac magiſtratus xp̄ianos ſe eſſe: nec acq̄e
ſcere ad ſacrificandū faterētur circūda
ri militibus iubent cūctoſqꝫ ſimulqꝫ cum
mulieribus viros cū puulis ſenes cum
ciuibus ciuitatem: iniecto igni cōcrema
ri ita vt nullus penitus ex illa vrbe etiā
cū optio violētibus daretur abſcederet.
Et hoc in ciues perpetratum eſt: qđ in
hoſtes egiſſe nota crudelitatis habuiſ=
ſet. Verū beati huius numeroſiqꝫ mar=
tyrij pariter ab vniuerſa vrbe ſuſcepti
autor et duxerit vir pietate et religione
atqꝫ oī benignitate clarus adoctus no=
mine patria ⁊ genere italus honoribus
palatij ꝑ gradus ſingulos vſqꝫ ad offi=
ciorum magiſterium perfunctus ratio=
nes quoqꝫ ꝑ illud tp̄s ſummarum par=
tiū amminiſtrans qui in ſupradicta vr=
be degebat. Cuius in confeſſione xp̄i cō=
ſtantiā oīs populus ſecutus boni ducis
exemplo ſummarū vere ꝑtiū ꝑ martyrū
cōſecutus eſt palmā. Sed vn̄ ſufficimus
ꝓpria vnuſcuiuſqꝫ martyris ꝑ ſingulos
enūerare ſupplicia. Quis em̄ poſſit vel
illa repetere q̄bus apđ arabiā ſcti mar
tyres ſecuribꝰ ceſi ſunt: aut qūo q̄s repe
terat q̄ in capadocia geſta ſunt vbi cru=
ra frāgi dei cultoribꝰ iubebantur. Quis
meſopotamie referat cruciatꝰ: vbi xp̄ia=
nos ſui tergoris more ſingulis manibꝰ
pedibuſqꝫ ſuſpenſos amariſſimo fumo
ſubter ingeſto indignis cruciatibꝰ ene=
cabāt. Alios v̄o lento igni ꝓpe adhibito
tormētis lōgioribus abſumebant.

¶ Cap. xij. de perſecutione diocletiani
apud alexādriam ⁊ nimia quatuor chri
ſtianarum virginum pudicitia.

ILla autē quō
replicē q̄ apud alexādriam
geſta etiam veterum poeta
rum fabulas vincūt vbi ob=
truncatis auribꝰ atqꝫ inhoneſto vulne
re naribꝰ manuū quoqꝫ ceterorūqꝫ mē
broꝝ ſummitatibus amputatis truncū
ſinebant abire deriſum. Apud anthio=
chiā v̄o quō recordabor craticulas pri=
mis impoſitas quibus chriſtiani ſuppo
ſiti torrebantur. Sed inter hec nobiliū
duorum iuuenum factum memorabile ſi
lere equum nō puto. Qui cū cōprehenſi.
ſimulachris immorari cogerent̄ aiunt.
Ducite nos ad aras. Et cuꝫ fuiſſent ad=
ducti manus ſuas argenti igni ſuperpo
nentes ſi ſubtraxerimus inquiunt ſacri
ficaſſe nos credite: ⁊ quoaduſqꝫ caro oīs
in ignem deflueret immobiliter ꝑdura=
de cognitum eſſe omnibus non dubito
manifeſteꝙ cōpactum: ex fomite quo iuſ-
ſum fuerat a diuis principibus diocletia
no ⁊ maximiano parentibus noſtris in-
hiberi conuentus chriſtianoꝝ plurimas
direptiones ⁊ predas ab officialibus fa-
ctas idꝙ per dies ſingulos in detrimen-
tum noſtrorum prouincialium profeciſſe
(quorum nos curam precipuam habe-
re geſſimus) ita vt bonis ſuis penc ac pa
trimonijs euoluerent. Super hac re an-
no preterito legē dedimus vt ſi quis vel-
let genti huic vel religioni adherere a
nullo prorſus voluntas eiꝰ ac propoſiti
libertas impediretur: ſed ſatiſfacere ani
mis ſuis atꝙ haberet licentiam abſꝙ vl
lo metu vel ſuſpitione agere qđ liberet.
Uerum ne nunc quidem latere nos po-
tuit quod quidam ex iudicibus tenta-
uerint permouere rurſum prouinciales
noſtros: et velut ex nr̄a eos autoritate
turbare quo ſcilicet pigriores erga reli-
gionem quam diligunt redderentur. Igi
tur vt in poſterum omnis metus vel am
biguitas auferatur huius edicti noſtri
lege ſancimus vt cunctis innoteſcat lice
re his qui xpianam ſectam religionemꝙ
venerantur hac noſtre indulgentie lar-
gitate vt vnuſquiſꝙ quēadmodum vult



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

et prout animo libet religioni huic solen-
nitatiq; deseruiat. Sed ꝛ orationum do-
mos .i. dñica sua vt instaurent pro volun
tate permittimus. Sane quo in oib⁹ cu-
mulatior habeat hec nr̄a largitio etiam
illud hac lege sancim⁹ vt si que domus
agri vel quelibet predia ex xp̄ianorū bo-
nis antehac paretū nostrorū preceptis
ad fisci ius fuerant sociata: si qua etiam
ibi ab aliquo competita sunt vel si qua di
stracta aut dono i aliquem collata. Hec
omnia in antiquū ius xp̄ianoꝝ ꝑcipim⁹
reuocari dominisq; proprijs vniuersa re
stitui vt et in hoc oēs pietatis nostre be-
neficium capiāt. Talib⁹ maximinus nūc
demum vtit legibus q̄ ante annū non in-
tegrū ereis aduersum nos tabulis tāq;
ineternū permansuris sanxerat penas.
In quibus nos velut impios vrbibus et
agris exules ac totius pene terre profu
gos effici iusserat. Uerum ne nūc quidem
erat ei⁹ integra ꝛ ex corde conuersio. Sȝ
velut pretium quoddā huiuscemodi le-
ges offerebat deo. Et qm̄ deorum suorū
spes eum prius in bello deceperat p̄ hec
tanq; mutatis patrocinijs bellum tenta
bat adoriri. Ignorans vanissimus: q̄ ab
hoib⁹ nequā ad prauū inceptū neq; offi
cijs neq; premijs pōt redimi deus.

¶ Cap. x. quō maximinus in grauissi-
mum morbū incidit ꝛ xp̄ianoꝝ perse-
cutores destruunt quapropter xp̄ia-
ni in pace inceperunt viuere.

IGitur cum om
nibus copijs instruxisset exer
citum bellumq; parauisset in-
iustum: dolorib⁹ internorum
viscerum correptus vehementer exagi-
tari cepit: ita vt ne stratis quidem recu-
bare posset.

A ¶ Sed exiliens e cubili suo sepe pro-
nus eliderer in terrā. Tū deinde homo
edax: ꝛ q̄ vino semp repleret nunc ne sum
mis quidē labris degustādum reciperet
cibū aut odore tenus vinū sumeret. Ita
carnib⁹ inedia ꝛ ariditate ꝯsumptis: hoc
solū ꝑfecit infelix: q̄ in vltimis vite posi-
tus iustā esse vindictā dei: ꝛ scelerū se pe
nas merentem ꝯfitet expendere. Ad vlti
mum tn̄ morbo pri⁹ luminib⁹ amissis: tūc
magis q̄d aduersum xp̄ȝ impietatis ad-
miserit vidēs viuendi finē fecit. Sed de-
functo eo qui erga xp̄ianos nūc inaudita
crudelitate nunc simulata venia agebat
aperta indulgentia legitimoꝝ principū:
ꝛ absq; vlla iam suspitione: ecclesiarū sta
tus multo etiā clarior q̄ prius fuerat re-
parari cepit. Uerbū vero dei ꝛ doctrina
xp̄i longe gloriosius ꝛ liberius propaga-
bat. Tū vero inimicis fidei penitudo vl-
tima atrocitatis ꝛ crudelitatꝫ sue fiebat:
ita vt puderet eos aspectus ipse public⁹:
nec eleuare oculos in hoim faciem aude
rent. Etenim cum primū ipse Maximia-
nus imperialibus edictis tyrānus ꝛ im-
pius ꝛ deo atq; hominibus inuisus fuis
set pronūtiatus: tabuleq; eius picte vel
imagines eree alie deijci ac ꝑcipitari iu
berētur: alie vero atris fucate coloribus
oblitterari: tanta subito rerū facta con-
uersio est: vt eius q̄ dudū aduersus xp̄ia-
nos de pene eternitate cēsebat: nūc etiā
nomen aut repelleret de memoria hoim
aut cum opprobrio ac dedecore seruare
tur. Judices quoq; eius quos in tyrāni-
cis dñationibus ministros sceleꝝ habue
rat legitimi principes velut impietatis ꝛ
crudelitatis satis eius satellites interfi-
ci iuberēt. In quibus maximus flagitio
rū ei⁹ signifer Peusedius fuit qui secūdo
ab eo ꝛ tertio cōsul prouectus est: ac ꝑfe-
cture tenuit culmen. Sed et quintianus
similiter primis apud eum honoribus fun-
ctus q̄ in egypti partib⁹ aduersus xp̄ia-
noꝝ sanguinē inaudita seuitia ꝛ crudeli
tate grassatus est. Sȝ et alij plurimi per
quos maximini impietas fomēta ꝑcepe
rat. In q̄bus ꝛ theotegnus vltorē tandeȝ
ꝓphanoꝝ actuū esse cōperit deū: qui ꝯse-
crati apud Antiochiā simulachri grātia
etiā ꝑsidalibus a Maximino fascib⁹ fue-
rat honorat⁹. Sed cū licinius venisset an
thiochiam et magice artis studiosos ad
penā iussisset inquiri: sacerdotes illi atq;
aruspices nouelli simulachri: horum vel
socij vel etiā magistri deprehenduntur.
Cūq; ab his inquireretur quo pacto vel
respōsa redderet simulachrum: vel pro-
digia quedā facere videretur: dissimula
re primo: postea tn̄ artius interrogati:
totius ludi cōpositā ꝛ cōpaginatā machi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nam pandunt: ꝛ arte Theotegni faten-
tur cuncta fucata. Igitur pꝛimo omniũ
ipſum tãte deceptionis autoꝛem Theo
tegnuꝫ tum deinde ceteros magice ar-
tis miniſtros: q̃s ille ſacerdotes nouelli
demonis atqꝫ aruſpices collocaret: di-
gnis excruciatos ſupplicijs occidi iu-
bet. Quibus addũtur etiã filij Maximi-
ni: quos ille iam imperij ſocios aſſum-
pſerat. Sꝫ ꝛ pꝛopinquos eius qui ſe ob
huiuſcemodi neceſſitudinem moleſtiſſi-
mos erga ciues ꝛ pꝛouinciales exhibue
rant: paribus ſupplicijs afficit: ſtulti et
vecoꝛdes: qui non audierũt cõmonitio-
nem diuinarum literarum dicẽtem. No
lite cõfidere in pꝛincipibus: neqꝫ in filijs
hominũ i quib⁹ nõ eſt ſalus. Exiet ſpiri-
tus eius et reuertetur in terram ſuã: in
illa die peribunt omnes cogitatiões eo
rum. Nos autẽ quibus ſpes ꝛ ſalus in
omnipotente deo conſiſtit et in rege oim
chꝛiſto ſaluatoꝛe ad redemptionem ani
marum noſtrarum: ꝛ coꝛreptionem libẽ
ter ab ipſo ſuſcipimus ꝛ pacem veniãqꝫ
ab ipſo ſimiliter expectamus.

B ¶ Igitur poſteaqꝫ repente deo atqꝫ
hominibus inuiſum ſcdm qꝫ ſupra expo
ſuimus interijt impioꝛum hominum ge
nus: ita vt merito in his cõpletum vide
retur quod predixerat ſpiritusſanctus.
Uidi impium ſuperexaltatum ꝛ eleua-
tum ſicut cedros libani: ꝛ trãſiui: ꝛ ecce
non erat et queſiui locuꝫ eius ꝛ non in-
ueni. Omni nube deterſa letus iã dies ꝛ
ſolito clarioꝛ illuxerat terris atqꝫ eccle-
ſijs chꝛiſti ſplendoꝛ ſui ſolis effulſerat:
necvſqꝫ qui hoc aliter reſpiceret liuidus
ſupererat oculus. Sed cuncti moꝛtales
tyrannice que preterierat crudelitatis
hoꝛroꝛe: etiam ſi nondum fide vatis ta-
men que noſtra ſunt amplectentes: vni-
uerſi pariter deũ verum pijs eſſe auxilio
fatebãtur firmãqꝫ eſſe ſpem in xp̃o ſperã
tiũ cõpꝛobabãt. Ex quo aderat cunctis
veluti diuino munere infuſa letitia maxi
me videntibus ea loca que pauloãte im
pijs tyrannoꝛum machinis fuerant de-
ſtructa: rediuiua conſtructione clarioꝛa
ꝛ excelſioꝛa conſurgere templaqꝫ excel-
ſa pꝛo humilibus conuenticulis eleua-
ri. Iuuabat enim chꝛiſtianoꝛum pꝛinci-
pum fauoꝛ: ꝛ legiſlatione religioſa ala
cres noſtros animos eo amplius anima
bat: dum ꝛ ad perſonam epiſcopoꝛũ fre-
quentius ſcriberent: ꝛ honoꝛem ſacerdo
tibus cum ſumma veneratiõe deferrẽt:
ſed ꝛ impendioꝛum ſumptus benignius
largirentur. Interea feſtiuitates a no-
ſtris frequentiſſime gerebãtur cũ omni
letitia et exultatione per vꝛbes ꝛ loca ſin
gula eccleſiarum dedicatiõibus celebra
tis. Congregabãtur in vnum ſacerdo-
tes: nec pigebat etiam longe poſitos cõ-
uenire: quia nullum longum videbatur
ſpatium charitati. Concurrebãt etiam
populi ad populos: ꝛ tãqꝫ vere membra
vnius coꝛpoꝛis chꝛiſti: iungi ſibijnuicem
ſociariqꝫ gaudebãt vt videretur in eis
compleri figura illa pꝛophetica que cuꝫ
ſacramento quodam predicata eſt, di-
cens. Quia congregabatur os ad os: et
iunctura ad iuncturam. Quibus etiam
vnus ſpiritus ineſſe omnibus infuſus
membris: vna anima merito dicitur: qꝫ
et vna omnibus fides: ꝛ vnus ab omni-
bus colitur deus: atqꝫ ex vno oꝛe hym-
nos omnes concinunt deo. Iam vero in-
gens in ſacerdotijs ꝛ miniſterijs atqꝫ in
omnibus que ad religionis obſeruan-
tiam pertinent gratia refulgebat: aſta-
bãt hic pſallentium choꝛi: iuuenes ꝛ vir-
gines ſenes cum iunioꝛibus laudabant
nomen domini. Hic miniſteria oꝛdina-
tis ac diſpoſitis vicibus agebantur. Põ
tificum quoqꝫ ſacerdotum cõſeſſus ipa
canitie venerabilis emin⁹ prefulgebat.
Iam vero ſi quis per gratiam dei inſpi-
ratus ſermonem pꝛoferret ad populuꝫ
cum omni ſilentio oꝛa cunctoꝝ in eũ ocu
liqꝫ conuerſi tanqꝫ celitus ſibi per eum
denuntiari aliqd expectabant. Tãta au
ditoꝛum reuerentia tãtus oꝛdo in ſacer
dotibus ſeruabat. Inde alius atqꝫ ali⁹:
ꝛ non ſolum duo vel tres ſicut apoſtolus
dixit ceteris examinãtibus loquebant:
ſed ꝛ quantiſcũqꝫ dabat ſermo in aper-
tione oꝛis ſui: vt magis conſtaret in eis
illud quod moyſes dixerat. Quis dabit
omnem eccleſiã dei pꝛophetare? Nuſqꝫ
enim liuoꝛ aderat nullum pulſabat inui
dia dei dona dei populis miniſtrabant
vnuſquiſqꝫ ſecundum qd̃ ſcriptũ eſt ad



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ędificationem eccleſie abundare quere-
bat ⁊ omnia hec in charitate gereban-
tur ita vt ſe honore inuicem preuenirēt
et alter alterum ſeſe diceret meliorem.
Nam ſimpliciores quicꝫ ammirabã-
tur ⁊ ſuſcipiebant eos qui per ſapientiā
verbi populos inſtruebant. Sapientes
vero ⁊ eruditi viri preferebant eos qui-
bus pura vita ac ſincera ſimplicitas: of-
ferendi deo hoſtias maiorem fiduciam
dabat eiſcꝫ immolandi ſacrificij permit-
tebatur officiū quos familiarior vite ſim
plicitas i cordis puritate ſeruabat. Sic
ſummo ſtudio perquirebat alter in alte-
ro quod preferret.

C ❡Igitur cum tali ſimplicitate ec-
cleſiarum gloria apud deum homineſ-
cꝫ ꝓficeret: et imago quedam celeſtium
haberetur in terris: ſuper omnia quocꝫ
religioſus princeps Cōſtantinus exulta
ret in talibus: ac per dies ſingulos fide
⁊ religione creſcens inexplebili gaudio
de eccleſiarum profectibus repleretur.
Sacerdotibus etiam dei non credebat
ſufficere ſi ſe equalē preberet: niſi eos a
lōge preferret: ⁊ ad imaginem quandā
veneraretur diuine preſentie. Cuncꝫ ꝓ
his omnibus non iam vt imperator ſed
vt pater coleretur a cūctis: non tulit in-
felix inuidia vel noſtrorum pacem letis
ſucceſſibus creſcere: vel illius erga nos
ſtudia inquaſſata durare. Etenim Li-
ciniꝰ qui primo quaſi probitate morum
et vite integritate ac merito virtutum:
non ſolum ab eo in ſocietatem regni fue
rat aſcitus verum ⁊ propinquitatem ex
coniunctione ſuſceptus (ſororem nancꝫ
Conſtantini in matrimonium accepe-
rat) videns imperatorem non tam vi et
metu: quam amore ⁊ religione omnibus
imperare: atcꝫ in ſumma veneratione
cunctis eſſe mortalibus: ⁊ precipue chri-
ſtianis humano vitio pulſatus: imo in-
humane inuidie clade percuſſus occul-
tis inſidijs primo decipere egregiū prin
cipem parat idcꝫ ꝗ maxime per familia
res ac miniſtros mollitur. Sed ille ni-
hil quidem de eius dolis et fraudibus
ſuſpicatur: tamen quia totus erat con-
fidēs in deo: ad omnia ſe illo ſigno quod
ei celitus mōſtratum fuerat muniebat:
nec vllis per hoc inſidijs fieri obnoxius
poterat. Uerum Licinius vbi necꝫ bene-
ficiorum memoria: necꝫ affinitatis gra-
tia reprimere immanitatem concepti
ſceleris poterat necꝫ tamen ei per occul
tas machinas inſidie procedebant: ra-
tus ꝙ imperator chriſtianorum precibꝰ
iuuaretur: ⁊ ideo tutus remaneret: ſtul
ta iracundia permotus Imperator qui
dem apertum bellum indicit: regnicꝫ fi-
dem ſocietatemcꝫ contaminat. Noſtros
vero priuato et ſpeciali odio perſequi
parat: hec in querela deuocans ꝙ non
ita pro ſe ſicut pro Conſtantino chriſtia
ni in ſolennibus ⁊ ex precepto ſibi tradi
tis orationibus excubarēt. Uerſa igitur
vice is qui pauloante acerrime in eos
vindicauerat: qui tyrannorum tempore
aduerſuꝫ xp̄ianos aliq̄d crudele molliti
ſunt: nunc in noſtros tela contorquet et
tyrānidis ſue prima ſacrilegia noſtrorū
cruore delibat. Primo nācꝫ omnium de
palatio ſuo ſi quis chriſtianꝰ eſſet exire
iubet: tum de deo in militia. Poſt hec ꝓ-
fecit peſtis ⁊ tyrannicis edictis ſtatuit
omnes qui ſe xp̄ianos ꝓfiterētur in car
cerē trudi. Statim tn̄ inuenit aliquid in
quo priores crudelitate ſuparet. Addit
edicto vt ne quis alicui miſſo in carcere
cibum vel potū deferat dicens: iniquum
eſſe miam fieri atcꝫ humanitatem ꝓbe-
ri ijs quos ipſe ſuis legibus cōdēnaſſet.
Et ita multitudines in carcerē retruſe
inedia necabanť. Sed per hoc putabat
adhuc occultiorem eſſe tyrannidē ſuam.
Uerū creſcente animi ſeuitia: etiam hoc
parū videtur continuo in epiſcopos cete
roſcꝫ ſacerdotes dei rabiē crudelitatis
extēdit. Et primo oīm nobiliores quoſqꝫ
⁊ quos fama clarior extulerat vel ſapiē-
tie ⁊ doctrine opinio commendauerat:
callida arte circumuenit: ⁊ eos aut iniu-
riarum reos fieri au cuiuſlibet alterius
ficti criminis precipiens: nullaqꝫ nego-
tij inquiſitione habita puniri hoc ſolo
quo deferebantur iubebat. Jam vero
poſt hec inaudito omnibus ſeculis cru-
delitatis modo omnes qui contamina-
tis ſacrificijs acquieſcere noluiſſent: nō
tortoribꝰ vt ꝑdeceſſores ſui tyrāni facie-
bāt necꝫ cruciatibꝰ ac ſupplicijs tradi in

bebat: ſed lanionibus dari: vt eos por-
corum more ſuſpenſos deſpicatoſq; et co
diabus ſuppoſitos p fruſta cederent:
et in partes diuiſos: in mare ad pabulū
piſciū proijcerent. Eccleſia quoq; quas
ſuis iam temporibus communibus edi-
ctis extrui fecerat rurſum ipſe ſubuerte
re: ꝛ p oia ſatagere quatin⁹ cūctos qui
añ ſe fuerāt tyrānos crudelitate ſupera
ret. Preterea ꝛ leges ſi q̄ apd romanos
bñ ꝛ honeſte a maiorib⁹ late fuerant in
barbarorum ritum conuertere auaritie
quoq; inſatiabiliter ſtudere ſenſus inno
uare et agros cultoribus vacuos tribu-
tis replere. Preterea ſi quos iniquis fa-
ctionibus circumuentos in exilium mi-
ſiſſet horum vxores legitimis matrimo-
nijs auulſas: ſeruis ſuis ac ſatellitibus
iungere. Ipſe vero etiā cōtra etatis ſue
vires adulterijs ꝛ corruptione virginū
delectari. Uerum vbi huiuſcemodi ar-
mis ꝛ virtutibus inſtructus tyrannidē
ferocius cepit agitare. Conſtantin⁹ autē
qui erat veris virtutibus adornatus et
perfecta in deum pietate munitus: tot
tantiſq; flagitijs ire obuiam parat nec
difficultas aliqua victorie fuit: vbi et cau
ſa iuſtior et fides p urior: et virtus emi-
nentior habebatur. Deiectoq; licinio:
atq; omni memoria tyrannice domina-
tionis ablata ſoliditatem romani regni
cum filijs ſolus obtinuit. Tum vero ſta-
tus quidem reipublice equabili mode-
ratione: et cenſura digniſſima Romani
nominis habebatur. In nationib⁹ bar-
baris met⁹ ingēs. In puincialibus vero
metu deuotio animi maior erat. Quie-
ta omnia et tranquilla ab hoſtibus bel-
liſq; ciuilibus: letiſſecuriq; cuncti morta-
les pacē agitabāt. Eccleſiarū vero glo-
ria incredibile memorata eſt: quāto reli-
gioſi impatoris ſtudio adoleuerit: quan-
taq; ei⁹ cura etiā erga ſumptū indulgen
tiū fuerit. Ardēs nāq; in fide dei anim⁹
ꝛ benignū ingeniū atq; clemens: bonis
operibus paſcebat. Intantū vero preſen
tiū reꝝ bonitas ꝛ trāquilitas obtinebat
vt obliuionē pteritoꝝ pareret malorum.
Edictis nāq; frequentibus per oēm locū
ppoſitis: nō ſolū tyrannicas aduerſum
chriſtianos depulerat leges: iuſq; ciui-
le reddiderat: verū ꝛ priuilegia plurima
eccleſiaſtica ac ſummos honores ſacer-
dotib⁹ detulit. Ita deo atq; hominib⁹ ca-
rus ſummā Romani regni: cum religio-
ne paratum etiam virtute animi ac mo-
deratione ſupra omnes qui prius fuerāt
procurabat.

¶ Euſebij Ceſarienſis hiſtorie eccle-
ſiaſtice explicit liber nonus.

Hucuſq; no-
bis Euſebi⁹ rerū in eccl'ia
geſtarū memoriā tradidit.
Cetera vero que vſq; ad
preſens tempus p ordinē
ſubſecuta ſunt: que vel in maiorū literis
reperimus: vel noſtra memoria attigit
patris religioſi preceptis ꝛ in hoc parē-
tes q̄ꝫ poterimus breuiter addem⁹. Hec
etiā decimo libro eccleſiaſtice hiſtorie con
tinentur.

¶ Incipit liber. x.

¶ Cap. j. de cōuocatione concilij nice
ni ppter hereſim arrij heretici.

Cum apud ale-
xandriā poſt achillam qui
petro martyri ſucceſſerat:
Alexander ſacerdotiū ſu-
ſcepiſſet: quia pax noſtris ꝛ
quies a pſecutionib⁹ erat atq; eccleſia
rū glia cōfeſſorū meritis gaudebat pro-
ſperitas reꝝ noſtraꝝ domeſtica cōtentio
ne turbat. Etenī pbr quidā apud Ale-
xandriā arrius noīe: vir ſpecie et forma
magis q̄ꝫ virtute religioſus ꝛ glorie lau-
diſq; ꝛ nouitatis improbe cupidus pra-
ua quedā de fide xp̄i pferre ꝛ que antea
in queſtionē nūq; venerāt cepit abſcin-
dere ac ſeparare ab illa eterna ꝛ ineffa-
bili dei patris ſubſtantia vel natura fi-
lium conabatur. Que res plurimos in ec
cleſia conturbabat. Sed cum Alexāder
epiſcop⁹ natura lenis: ꝛ quiet⁹ aſſiduis
commonitionibus Arrium cuperet a
prauo incepto et aſſertionibus impijs
reuocare: nec tamen res ex ſententia p-
cederet: q pleroſq; iam contagio peſti-
fere aſſertionis infecerat non ſolū apud
Alexandriam: verum ꝛ per alias vrbes
prouinciaſq; diſperſa: pernitioſum fo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

re credens ſi diſſimularet alijs plurimis conſacerdotib⁹ ſuis rē indicat. Queſtio latius innoteſcit ſermo vſq3 ad aures religioſi principis: quippe qui in oī ſtudio ꝛ diligentia curaret que noſtra ſunt peruenit. Cum ille ex ſnia ſacerdotū apud vrbem Niceem epiſcopale conciliū congregat: vbi cū Arriū trecētis ꝛ. xviij. epis reſidētib⁹ adeſſe iubet: ac de ei⁹ propoſitionibus et queſtionibus iudicari.

¶ Ca. ij. quō ꝯſtātin⁹ in ꝯcilio illo noluit iudicare de ꝗrelis q̄ inter epiſcopos verſabantur.

Sed in eo concilio ammirabile factum principis non puto reticēdū. Etenī cū ex oībus pene locis epi cōueniſſent ꝛ vt fieri ſolet diuerſis ex cauſis inter ſe iurgia quedā detuliſſent interpellabat̄ frequēter a ſingulis offerebant̄ libelli culpe ꝓferebantur: et magis ad hoc ꝙ ad id pro quo ventum fuerat animos dabāt. At ille videns ꝙ per hmōi iurgia cauſa ſummi negotij fruſtraretur diē certam ſtatuit quo vnuſquiſq3 epoꝝ ſi q̄d querimonie habere videretur deferret. Et cum reſediſſet: ſuſcepit a ſingulis libellos. Quos ſimul oēs in ſinu ſuo ꝯtinēs: nec in eis q̄d cōtineret̄ aperiēs ait ad epiſcopos. De⁹ vos ꝯſtituit ſacerdotes: et poteſtatē vobis dedit de nobis q3 iudicādi ꝛ iō nos a vobis recte iudicamur. Uos aūt nō poteſtis ab hoib⁹ iudicari ꝓpter q̄ dei ſolius iter vos expectate iudiciū ꝛ vr̄a iurgia q̄cūq3 ſunt ad illud diuinum reſeruentur examē. Uos etenī nobis a deo dati eſtis dij et conueniens non eſt vt homo iudicet deos ſed ille ſolus de quo ſcriptum eſt. Deus ſtetit in ſynagoga deorum in medio autem deos diſcernit. Et ideo his omiſſis illa que ad fidem dei pertinent abſq3 vlla animoꝝ contentione diſtinguite. Cum hoc dixiſſet: omnes ſimul querimoniarū libellos iuſſit exuri: ne innoteſceret vlli hominū ſimulatio ſacerdotū. Uerū cum ꝑ dies multos in epoꝝ concilio fidei queſtio verteret̄: ꝛ nōnulli diuerſa ſentirent ac vehementer ceptis arrij fauerent: cōplures tñ erāt qui impiū arrij execrarentur inceptū. Cūq3 in eodē cōcilio eſſet cōfeſſoꝝ magnus numer⁹ ſacerdotū: oēs arrij nouitatib⁹ aduerſabant̄. Fanebāt vero ciuiri i q̄ōnib⁹ callidi ꝛ ob id ſimplicitati fidei aduerſi.

¶ Ca. iij. q̄ a ſimplici ſacerdote dialecticus in ꝟbo dei ſugatur et xpianus efficit̄.

Quantā vero virtutē habeat ſimplicitas fidei ēt ex ijs q̄ ibi geſta referunt̄ agnoſcim⁹. Etenī cū ꝓ ſtudio religioſi impatoris ex oī terra ſacerdotes dei coijſſent opiniōe ꝯmoti phī quoq3 ꝛ dialectici valde nobiles ꝛ opinatiſſimi cōuenerunt. In quib⁹ quidā inſignis in arte dialectica per dies ſingulos conflictū ſummi certaminis cum epiſcopis noſtris viris adeque in dialectica nō improbabilr̄ eruditis mouebat ꝛ fiebat ingens ſpectaculū. Cōueniētibus ad audiēdum doctis et literatis viris: nec tamen vllo genere philoſophus concludi a quo quam poterat: aut conſtringi. Tanta etenim dicendi arte obiectis queſtionibus occurrebat: vt vbi maxime putaret̄ aſtrictus velut anguis lubricus laberetur. Sed vt oſtēderet deus ꝙ non in ſermone regnū dei: ſ3 in virtute ꝯſiſtit: q̄dā ex cōfeſſoribus ſimpliciſſime nature vir: ꝛ nihil aliud ſciens niſi

[Left margin:] Idē in hy. trip. lib. ij. ca. ij. et xj. q. j. ſacerdotib⁹. xij. q. j. futurā.

[Right margin:] Idē in hiſtoria triptita lib. ij. ca. iij.

chriſtum ieſum ⁊ hunc crucifixum inter ceteros auditores epiſcopꝰ aderat. Qui cum vidiſſet philoſophum inſultātem noſtris et callida ſe diſputationis arte iactantem: poſcit ab omnibus locum velle ſe paucis cum philoſopho ſermocinari. Cum vero noſtri qui ſimplicitatem viri et impericiam in ſermone duntaxat noſſent pauere ⁊ velut pudorem quendam pati ne forte apud callidos homines riſui efficeretur ſancta ſimplicitas. Perſiſtit tamen ſenior ⁊ hunc mouit ſermonis exordium. In nomine inquit ieſu xp̄i philoſophe audi que vera ſunt. Deus vnus eſt qui celum fecit et terram. Quiq́ homini quē de terre limo formauerat ſpiritum dedit vniuerſa que videntur et q̄ non videntur virtute verbi ſui creauit et ſpiritus ſui ſanctificatione firmauit. Hoc verbum ac ſapientia quem nos filium dicimus humanos miſeratus errores ex virgine naſcitur et ꝑ paſſionem mortis a perpetua nos morte liberauit ac reſurrectione ſua eternam nobis contulit vitam. Quē et expectamus iudicem oīm q̄ gerimꝰ eſſe venturū. Credis hoc ita eſſe philoſophe: at ille velut ſi nunq̄ vllum ſermonem cōtradicendi didiciſſet ita obſtupefactꝰ virtute dictorum mutus ad oīa hoc ſolum potuit reſpondere: ita ſibi videri. Nec aliud verum eſſe q̄ quod dixerat. Tum ſenior. Si hoc inquit ita eſſe credidiſti: ſurge et ſequere me: ac dominicū et huius fidei ſignaculum ſuſcipe. Et philoſophus conuerſus ad diſcipulos ſuos vel ad eos qui audiēdi gratia conuenerant: audite inquit o eruditi viri: donec verbis mecum geſta res eſt verba verbis oppoſui. Et que dicebantur dicendi arte ſubuerti. Ubi vero pro verbis virtus proceſſit ex ore dicentis non potuerunt reſiſtere verba virtuti: nec homo aduerſari potuit. Et ideo ſiquis veſtrum potuit in his que dicta ſunt ſentire que ſenſi credat chriſto et ſequatur hunc ſenem in quo locutus eſt deus. Ita philoſophus chriſtianus effectus tandem ſe gratulatus eſt victum.

¶ Capitulum .iiij. de paſuntio cōfeſſore eiuſq́ miraculis.

FUit preter ea in illo concilio et etiā paſuntius homo dei epiſcopus ex egypti partibus: confeſſor ex illis quos Maximinus dextris oculis effoſſis et ſiniſtro poplite ſucciſo per metalla damnauerat. Sed in hoc tanta virtutum inerat gratia vt ſigna per eum non minus q̄ dudum per apoſtolos fierent. Nam et demones tantum verbo fugabat et egros ſola oratiōe curabat. Sed ⁊ cecis viſum dicitur reddidiſſe. Et paraliticos ad ſtabilitatem corporis reuocaſſe. Quē Conſtantinus in tanta veneratione ⁊ affectu habuit vt ſepius eum intra palatium euocatū complecteretur: et illum oculum qui in confeſſione fidei fuerat euulſus auidioribus oſculis demulceret.

De paſuntio etiā .j. li. x. c. j. A. in hyſto. tri. li. j. c. x. a. et li. ij. c. ij. A.

¶ Capitulū .v. de ſpiridione epō ⁊ eiꝰ mirabilibꝰ homouſion q̄ additiōe in ſymbolo.

EX eorū numero et ſi q̄d adhuc eminentius fuiſſe dicitur etiam Spiridion Cipus epiſcopus vir vnus ex ordine prophetarum quantum etiam nos eorum qui eum viderant narratione comperimus. Hic paſtor ouium etiā in epiſcopatu poſitus permanſit. Quadam vero nocte cum ad caulas fures veniſſent: et manus improbas quo aditum educendis ouibus facerent extendiſſent inuiſibilibus quibuſdam vinculis reſtricti vſq́ ad lucem velut traditi tortoribꝰ permanſerunt. Cum vero oues ducturus ad paſcua matutinꝰ ſe ageret ſenior videt iuuenes abſq́ humanis vinculis caulis pē-

De hoc ſpiridione etiā in hyſto. tri. lib. j. ca. x. fere ꝑ totum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſcere diſtrictos.
A ¶ Cumqꝫ cauſam noxe cōperiſſet:
abſoluit ſermone quos meritis vinxerat.
Et ne eis inanis nocturna cederet occu-
patio tollite (inquit) o iuuenes vnum vo-
bis arietem ne ſine cauſa veniſſe videa-
mini: quem meliꝰ prece quam furto que
ſiſſe conuenerat. Tradunt de hoc etiam
illud factū mirabile. Filiam habuit yre
nem nomine que ei bene cum bene mini-
ſtraſſet virgo defuncta eſt. Poſt eius obi
tum venit quidam dicens ſe ei quoddā
depoſitum commendaſſe. Rem geſtam
ignorauerat pater. Perquiſitum in to-
ta domo nuſqꝫ quod petebatur inuentū
eſt. Perſiſtebat ille qui commendaue-
rat et fletu ac lachrymis perurgebat. Ui-
te quoqꝫ ſue illaturum ſe eſſe exitum niſi
commēdata reciperet teſtabatur. Per-
motus lachrimis eius ſenex ad ſepul-
chrum filie properat atqꝫ eam ex nomi-
ne clamitat. Tum illa de ſepulchro quid
vis ait pater. Commēdatum illius inqt
vbi poſuiſti. At illa locum deſignans il-
lic ait inuenies defoſſum. Regreſſus ad
domum rem ſicut filia de ſepulchro re-
ſponderat repertam tradidit repoſcēti.
Sed et multa alia eius feruntur geſta
mirabilia que etiam nunc ore omnium
celebrantur.
B ¶ Tales igitur in illis adhuc tem-
poribus permulti viri in eccleſijs do-
mini refulgebant ex quibus plurimi in
illo concilio fuerunt. Sed et Athanaſius
eodem tempore alexandri dyaconus ale
xandrini epiſcopi aderat concilijs ſenem
quam plurimi iuuans. Interea per dies
ſingulos agitabatur conuentus: nec fa-
cile aut temere de re tanta ſtatuere au-
debant. Euocabatur frequenter Arriꝰ
in concilium et aſſiduo tractu aſſertiones
eius diſcutiebantur. Et quid aduerſum
hoc teneri deberet: aut ſtatui ſumma cū
liberatiōe querebatur. Uerum poſt diu-
tinum multumqꝫ tractatum placet om-
nibus at velut vno cunctorum ore et cor
de decernitur homouſion ſcribi debere:
id eſt eiuſdem cum patre ſubſtantie fi-
lium confiteri: idqꝫ firmiſſima omniū ſen-
tentia pronunciatur. Decem et ſeptem
et ſoli tunc fuiſſe dicuntur quibus arrij
fides magis placeret extrinſecus crea-
tum dei filium ex nullis ſubſtantibus et
non ex ipſa patris deitate progenitum
confirmantes. Defertur ad conſtantinū
ſacerdotalis concilij ſententia. Ille tan-
qꝫ a deo prolatam veneratur. Cui ſi qui
tentaſſet obniti velut contra diuina ſta
tuta venientem in exilium ſe proteſta-
tur acturum. Sex igitur ſoli cum Arrio
ſe patiuntur expelli: reliqui vero vnde-
cim concilio inter ſe habito acquieſcunt
ad ſubſcribendum manu ſola non men-
te. Cuius ſimulationis auctor precipue
extitit Nicomedie epiſcopus Euſebius.
Interim quomodo alijs veritate alijs ſi-
mulatione (ſicut poſt exitus docuit) ſub-
ſcribentibus et de ſingulis quibuſqꝫ eccle
ſiaſticis obſeruationibus certa ſtatuta
fingentibus concilium direptū eſt. Exē-
plum autem expoſitionis fidei eorum qꝫ
conuenerāt infra ſcriptum eſt.

¶ Exemplum fidei Nicene.

¶ Capitulū .vj. de expoſitione fidei in cō-
cilio niceno facta et eiuſdem cōcilij actis.

CRedimꝰ i vnū
deum patrem omnipotētem
omnium viſibilium et inuiſibi
lium factorem.
A ¶ Et in vnum dominum noſtrum
Jeſum chriſtum filium dei: de patre na-
tum vnigenitum. Hoc eſt de ſubſtantia
patris. Deum ex deo: lumen ex lumine.
Deum verum ex deo vero. Natum non
factum. Homouſion patri: hoc eſt eiuſdē
cum patre ſubſtantie. Per quem omnia
facta ſunt que in celo et que in terris.
Qui propter nos et propter noſtram ſa-
lutem deſcendit: et incarnatus eſt ho-
mo factus paſſus eſt: et reſurrexit ter-
tia die et aſcendit in celos. Inde ventu-
rus eſt iudicare viuos et mortuos. Et in
ſpiritum ſanctum. Eos autem qui di-
cunt: erat aliquando quando non erat:
et anteqꝫ naſceretur non erat: et quia
ex nullis exſtentibus factus eſt: aut ex
alia ſubſtantia dicunt eſſe aut conuerti
bilem vel mutabilem filium dei: anathe-
matizat catholica et apoſtolica eccleſia

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# F Acta niceni concilij.

C.i. Statuunt preterea obſeruãdum eſſe in eccleſijs ne quis ex his q̃ ſemetipſos per impatientiam libidinis exciderunt: veniret ad clerum.

B C.ij. Et ne quis nuper aſſumptus ex vita vel conuerſatione gentili accepto baptiſmo anteꝗ̃ cautius examinetur clericus fiat.

C.iij. Et ne quis epiſcoporum ceterorũq̃ clericorum cum extraneis mulieribus habitet preterꝗ̃ cũ matre vel ſorore: vel thia: vel ſi que ſunt huiuſmodi neceſſitudinum perſone.

C.iiij. Et vt epiſcopus ſi fieri poteſt a totius prouincie epiſcopis ordinetur. Si hoc difficile eſt certe non minus ꝗ̃ a tribus: ita tamen vt Metropolitani epiſcopi maxime vel p̃ſentia vel auctoritas habeatur. Abſq̃ quo ordinationem irritã eſſe voluerunt.

C.v. Et ne quem ſi alius epiſcopus de eccleſia expulerit ſiue clericum ſiue laicum ſuſcipiat alius. Sane ne hoc aut iracunda aliqua aut contentione (vt fieri ſolet) iniuſte factum remedium nõ haberet: decernunt per ſingulos annos in ſingulis vrbibus atq̃ prouincijs ſecundo ab omnibus epiſcopis prouincialib⁹ concilia agi debere: et de huiuſmodi negocijs iudicari: vt ſi forte ab vno inique aliquid geſtum eſt a ceteris emendetur. Si recte vt ab omnibus confirmetur.

C.vi. Et vt apud Alexãdriam vel in vrbe roma vetuſta conſuetudo ſeruetur: vt vel ille egypti vel hic ſuburbicarũ eccleſiarum ſollicitudinem gerat.

C.vij. Et vt ſi forte in ordinando ep̃o duo vel tres pro aliqua contentione diſſentiãt reliquorũ autoritas et precipue metropolitani cũ ceteris firmior habeat.

C.viij. Et vt epiſcopo Hieroſolymorum antiquitus tradita honoris prerogatiua ſeruetur manente nihilomin⁹: ⁊ Metropolitani ipſi⁹ ꝓuincie dignitate.

C.ix. Et vt catharos (qui apud nos nouatiõi ſunt) ſi forte penitẽtes ad eccleſiã ꝯuertant ꝯfeſſos eccleſiaſtica dogmata clericos ĩ ordine quidẽ ſuo ſuſcipi debere: ſed ordinatione data. Sane ſi ep̃s ipſorum veniat ad ep̃m noſtrũ debere eũ in preſbyterorum loco ſedere. Ep̃i vero nomen manere apud illum ſolum qui catholicam ſemper tenuit fidẽ: niſi ſua voluntate ipſe eum tali nomine honorare voluerit: vel ſi placuerit: vt querat ei ep̃i locum vacantem hoc in ipſius poteſtate.

C.x. Et ne ĩ vna ciuitate duo ſint ep̃i.

C.xi. Et ſi qui forte indiſcrete ad ſacerdotium prouecti poſtmodum vel ipſi aliquid de ſe crimĩnoſum confeſſi ſunt: vel ab alijs reuicti vt abijciãtur. Sed ⁊ ſi quis ex his qui lapſi ſunt: ⁊ per ignorantiam forte ordinati: recogniti fuerunt vt abijciantur.

C.xij. Et ſi qui abſq̃ tormentis in ꝑſecutionibus lapſi ſunt: ⁊ ex corde agunt penitentiam: quinq̃ annos intra catecuminos faciant: ⁊ duobus annis poſt hoc fidelibus tantum in oratiõe iungantur: ⁊ ita poſtmodum ſuſcipiantur. Qui vero ꝓpter ꝯfeſſionẽ militẽ abiecerant: ⁊ rurſum hanc ambierunt: hos tredecim annis penitentiam gerere: ⁊ poſt ea ſuſcipi ſi tamen ex corde penitentiam gerant. Eſſe tamen ⁊ in poteſtate ep̃i moderandi facultatem ſi eorum fructuoſam ⁊ attentam penitentiam viderit.

C.xiij. De his vero qui vita excedũt penitentibus decernunt vacuum nullũ debere dimitti. Si qui ſane accepta cõmunione ſuperuixerit debere eum tempora ſtatuta cõplere: vel certe prout moderatio epiſcopi voluerit.

C.xiiij. Et ne diaconi p̃ſbyteris preferantur ne ve ſedeant in conſeſſu preſbyterorũ: aut illis preſentibus euchariſtiã diuidant: ſed illis agentibus ſolũ miniſtrant. Si vero preſbyter null⁹ ſit in preſenti tunc demum etiam iuſſis licere diuidere aliter vero agentes abijci iubẽt.

C.xv. De catecuminis q̃ ꝓlapſi ſunt ſtatuere trib⁹ annis eos ad catecuminorũ orõne ſeparatos poſtea recipi debere.

C.xvi. Et ne de ciuitate inferiori ad maiorem eccleſiam trãſire quis ambiat ſiue epiſcopus ſiue etiam alius clericus. Et ne quis cleric⁹ qui derelicta eccleſia ſua nulla exiſtente cauſa probabili vagatur et oberrat per alias eccleſias ſuſci-

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

piatur in communione.

¶.xvij. Et vt nemo eum qui ad aliuꝫ pertinet ſuſcipiens in ſua eccleſia ordinet clerum abſq; conſenſu illius ad quē pertineat.

¶.xviij. Et ne quis clericus aut vſuras accipiat aut frumenti vel vini ampliationem quod ſolet in nouo datū vel ſextuplum vel etiaꝫ duplum recipi quod ſi faciat tanq̄ turpis lucri reum abijciendum.

¶.xix. Et vt paulianiſte qui ſunt Fotiniani rebaptizentur.

¶.xx. Sed ꝛ dyaconiſſe quoniā quidem manus impoſitionem non accipiūt etiam ipſas inter laicos eſſe debere. Igitur cum de his prout diuinarum legum ratio popoſcerat decreuiſſent: ſed ꝛ de obſeruatione paſche antiquum canonē per quem nulla de reliquo varietas oriretur eccleſijs tradidiſſent omnibus rite diſpoſitis eccleſiarum par: ꝛ fides in orientis et occidentis partibus: vna atq; eadē ſeruabatur.

¶ Capitulum. vij. de profectione helene in hieruſalē ꝛ viuifice crucis ligni atq; tituli inuentione.

Per idem tēpus Helena conſtantini mater femina incomparabili fide: ꝛ religione animi ac magnificentia ſingulari cuius vere Cōſtantinus cum eſſet filius: et crederetur diuinis ammonita viſionibus: Hieroſolymam petit atq; ibi locum in quo ſacroſanctum corpus chriſti patibulo affixum pepēderat ab incolis perquirit. Qui idcirco ad inueniendum difficilis erat q̄ð ab antiquis perſecutoribus ſimulachrū in eo veneris fuerat defixum vt ſi quis xp̄ianorum in loco chriſtum adorare voluiſſet venereꝫ videretur adorare. Et ob hoc infrequens ꝛ pene obliuioni datus fuerat locus. Sed cum vt ſupra diximus religioſa femina properaſſet ad locuꝫ celeſti ſibi indicio deſignatum cuncta ex eo prophana ꝛ polluta deturbans in altum purgatis ruderibus tres confuſo ordine reperiuntur cruces.

¶ Sed obturbabat reperti muneris letitiam vnuſcuiuſq; crucis indiſcreta proprietas. Aderat quidem ꝛ titulus ille q̄ grecis ꝛ latinis atq; hebraicis literis a Pylato fuerat conſcriptꝰ. Sed nec ipſe ſatis euidenter dominici ꝓdebat ſigna patibuli. Hinc iā humane ambiguitatis in certū diuinū flagitat teſtimoniū. Accidit in eadem vrbe primariā quandā loci illiꝰ feminaꝫ graui egritudine confectā ſeminecem iacere. Macharius per idem tempus eccleſie illius ep̄s erat. Is vbi cunctātem reginā atq; omnes pariter qui aderāt videt: afferte huc inquit totas q̄ reperte ſunt cruces: ꝛ que ſit q̄ portauerit dominum nūc nobis aperiet deus. Et ingreſſus cum regina pariter ꝛ populis ad eā q̄ decūbebat defixis genibꝰ huiuſcemodi ad deū p̄cem ꝓfudit. Idem i hyſtor. tripti-ta. libro ij. capi. xviij. F.

¶ Capitulū. viij. de miraculo hieroſolymis facto q̄ crux dn̄i ab alijs crucibꝰ fuit euidenter diſtincta.

Tu domine qui per vnigenitum filium tuum ſalutem generi humano per paſſionem crucis cōferre dignatus es: ꝛ nunc in nouiſſimis temporibus aſpiraſti in corde ancille tue perquirere lignum beatū in quo ſalus noſtra pepēdit oſtēde euidenter ex his tribus que crux fuerit ad dn̄icam gloriam vel que extiterint ad ſeruile ſupplicium vt hec mulier que ſemiuiua decumbit ſtatim vt eam lignum ſalutare cōtigerit: a mortis ianuis reuocetur ad vitam.

¶ Et cum hoc dixiſſet adhibuit primo vnā ex tribus et nihil ꝓfecit. Adhibuit ſecundam nec ſi quidem aliquid actuꝫ eſt. Ut vero admouit tertiaꝫ repēte apertis oculis mulier conſurrexit. Idē in hyſtor. tripti-ta. libro ij. capi. xviij. F.

Et ſtabilitate virium recepta alacrior multo ꝙ dum ſana fuerat tota domo diſcurrere et magnificare domini potentiam cepit. Sic euidenti indicio regina voti compos effecta templũ mirificum in eo loco in quo crucem repererat regia ambitione conſtruxit. Clauos quibus corpus dominicum fuerat affixum portat ad filium. Ex quibus ille frenos compoſuit quibus vteretur ad bellũ. Et ex alijs galeam nihilominus belli viſibus aptam fertur armaſſe. Ligni vero ipſius ſalutaris partẽ detulit filio: partem vero thecis argenteis conditam dereliquit in loco q̃ etiam nunc ad memoriam ſollicita veneratiõe ſeruatur. Reliquie etiã hoc indiciũ religioſi animi regina venerabilis Uirgines quas ibi reperit deo ſacratas inuitaſſe ad prandium: ⁊ tanta eas deuotione curaſſe dicitur vt indignum crederet ſi famulorũ vteretur officijs. Sed ipſa manib⁹ ſuis famule habitu ſuccincta cibum apponeret poculum porrigeret aquam manibus infunderet. Et regina orbis ac mater imperij famularũ chriſti ſe famulã deputaret. Hec quidem hieroſolymis geſta.

Idem tangit in hiſtoria tripartita li. ij. ca. xviij. g.

¶ Cap. ix. quomodo cõſtantinus omnes gentes barbaras vincebat ob cultum religionis.

Interea conſtantinus pietate fretus Sarmatas gothos aliaſq̃ barbaras nationes: niſi que vel amicitijs vel deditiõe ſui pacẽ preuenerãt in ſolo proprio armis edomuit. Et quãto magis ſe religioſius deo ſubiecerat tanto amplius ei de⁹ vniuerſa ſubdebat. Ad ãthoniũ q̃ȝ primũ heremi habitatorẽ velut ad vnũ ex ꝓphetis lr̃as ſuppliciter mittit vt ꝓ ſe ac liberis ſuis dñ̄o ſupplicaret. Ita nõ ſolum meritis ſuis ac religiõe matris: ſed ⁊ interceſſione ſanctorũ commendabilem ſe deo fieri geſtiebat. Sane qm̃ tanti viri anthonij fecimus mentionẽ de virtutibus eius atq̃ inſtitutis ⁊ ſobrietate mentis vt in ſolitudine vitam degens vſus ſolum modo conſortio fuerit beſtiarũ: ⁊ de demonibus crebros agens triumphos placuerit deo ſupra cunctos mortales: et que inſtitutionis ſue preclara vſq̃ in hodiernum monachis exempla reliquerit volentem me aliqua exponere: ille libell⁹ excluſit q̃ ab Athanaſio ſcriptus etiã latino ſermone editus eſt. Propter quod nos (omiſſis his q̃ ab alijs iam dicta ſunt) ea memorabimus que q̃uis geſtorum contineat fides ab his tamen qui longe poſiti ſunt obſcurior fama ſubtraxit.

De antonio ĩ hiſto. tripti ta. lib. j. ca. xj. d. e. f.

¶ Cap. x. de captiuitate frumentij ⁊ edeſij: ⁊ de cõuerſione Iudeorum per eos facta.

Cum ea diuiſiõe orbis terre que ad predicandũ verbum dei forte ꝑ apoſtolos celebrata eſt cũ alie: alijs prouincie obueniſſent Thome parthia ⁊ mattheo ethiopia eiq̃ adherẽs citerior india bartholomeo dr̃ ſorte decreta. Inter quã parthiãq̃ media: ſed longo interior tractu indiam vlterior iacet multis varijſq̃ linguis ⁊ gẽtib⁹ habitata quã velut lõge remotã null⁹ aplice predicatiõis vomer impreſſerat. Que tñ tp̃ibus conſtãtini tali q̃dã ex cã ſemina fidei p̃ria ſuſcepit. Metrodorus q̃dã ph̃us inſpiciẽdorũ locorũ ⁊ orbis ꝑſcrutãdi gr̃a vlteriorẽ dr̃ indiã penetraſſe: cui⁹ exẽplo inuitatus etiã meropius q̃dã tyrius ph̃s ſimili ex cauſa adire Indias voluit habens ſecus duos pueros

los quos liberalibꝰ literis vtpote ꝓpin-
quos inſtituebat. Quoꝝ vnus q̇ erat iu-
nior Ediſius alter frumentiꝰ vocabat.
Igit̃ peruſis et in notitiā captis his q̇-
bus animus paſcebat cum pħus redire
cepiſſet aque vel ceteroꝝ neceſſarioꝝ
cauſa: ad portū quendā nauis qua ve-
hebat applicuit. Moris eſt inibi barba-
roꝝ: vt ſi qn̄ fedus ſibi cum Romanis
turbatū vicine nuntiauerint gentes oēs
q̇ apud eos ex romanis inuenti fuerint
indulgent. Inuadit nauis pħi: cuncti cū
ipſo pariter perimunt. Pueruli reperti
ſub arbore meditātes: et lectiones ſuas
repetētes barbaroꝝ miſeratiōe ſerua-
ti ducunt ad regem. Horū ille alterū id
eſt Ediſium ſibi pincernā fecit: frumen
tio vero quē quaſi per ſpicacem deph̄en-
derat et prudētem rōnes ſuas ſcriniaq̃
commiſit. Ex quo et in honore magno
apud regē habiti ſunt ⁊ in amore. At ve
ro moriens rex vxorem cū paruo filio re
gni reliquit heredē. Adoleſcentibus aūt
quid vellent agendi dedit liberā facul-
tatem. Quos tn̄ regina ſuppliciter exo-
rat tanq̄ q̄ nihil haberet in toto regno
fidelius vt ſecum vſquequo adoleſceret
filius regendi regni ſollicitudinē parti-
rent. Et precipue frumentiū cuius pru-
dentia ad moderandū ſufficeret regnū.
Nam alius fidem puram ⁊ ſobriā men-
tem ſimpliciter exhibebat. Idq̃ dū age-
rent ⁊ regni gubernacula Frumentius
haberet in manibus: deo mentē eius et
alios inſtigante requirere ſolicitiꝰ cepit
ſi qui inter negotiatores romanos xpia
ni eſſent ⁊ ipſis poteſtatē maximā dare
ac monere vt cōuenticula ꝑ loca, ſingu-
la facerent ad q̄ Romano ritu orationis
cauſa cōfluerent. Sed ⁊ ipſe multo ma-
gis eadē facere: et ita ceteros cohortari
fauore ⁊ bn̄ficijs inuitare: preſtare q̇cq̇d
oportunū fuiſſet loca edificijs aliaq̃ ne-
ceſſaria prebere: et omni modo geſtire:
vt chriſtianoꝝ inibi ſemen exurgeret.
Sed cū adoleuiſſet regius puer: cui pro
curationem regni ipſius gerebant ex-
pletis omnibus ⁊ ex fide traditis multū
licet detinentibus ⁊ rogantibus vt ma-
nerent regina vel filio ad orbem tn̄ no-
ſtrum denuo reuertūtur. Et ediſio feſti-
nante Tyrum parētes propinquoſq̃ re
uiſere. Frumētius alexandriam pergit
dicens equum non eſſe opus occultare
dominicum. Igitur rem oēm: vt geſta eſt
exponit. Epiſcopum admonet vt proui-
deat virum aliquem dignū quem con-
gregatis iam plurimis chriſtianis ⁊ ec-
cleſijs cōſtructis in barbarico ſolo epi-
ſcopum mittat. Tū vero athanaſius (nā
is nuper ſacerdotiū ſuſceperat) atten-
tius ⁊ propenſius frumētij dicta geſtaq̃
conſiderans in concilio ſacerdotum ait.
Et quē aliū inueniemus virum talem in
quo ſit ſpiritus dei in ipſo ſicut in te qui
hoc ita poſſit implere. Et tradito ei ſa-
cerdotio redire eum cum domini gra-
tia vnde venerat iubet. Quiq̃ cum epi-
ſcopus perrexiſſet ad Indiam tanta ei
data eſſe a deo virtutum gratia dicitur
vt ſigna per eum apoſtolica fierent ⁊ in
finitus numerus barbaroꝝ conuertere
tur ad fidem. Ex quo in Indie partibus
⁊ populi chriſtianoꝝ ⁊ eccleſie facte ſunt
⁊ ſacerdotium cepit. Que nos ita geſta
non opinione vulgi ſed ipſo Ediſio tyri
preſbytero poſtmodum facto qui fru-
menti comes prius fuerat referente co-
gnouimus.

¶ Capitulū. xj. De cōuerſione hebreo-
rum per captiuam mulierem facta.

DEr idē tem
pus etiam hiberorum
gens que ſub axe pon-
tico iacet verbi dei fe-
dera ⁊ fidem futuri ſu-
ſcepit regni. Sed hu-
ius tanti boni preſtitit
cauſam mulier quedā captiua: q̄ apud
eos reperta cū fidelem ſatis et ſobriam
ac pudicam duceret vitam totiſq̃ diebꝰ
ac noctibus obſecrationes deo peruigi-
les exhiberet in ammiratione eſſe ipſa
rei nouitas barbaris cepit. Et quid hoc
ſibi velit curioſius perquirebāt. Illa vt
res erat ſimpliciter chriſtū ſe deum hoc
ritu colere fatebatur. Nihil ex hoc am-
plius barbari preter nouitatē nominis
mirabantur. Uerum vt fieri ſolet ipſa
perſeuerantia curioſitatem quandam
mulierculis inferebat; ſi quid emolu-
menti

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

menti ex tanta deuotione caperet̃. Moris apud eos eſſe dicitur vt paruulus ſi egrotet circunferat̃ a matre per ſingulas domus quo ſcilicet ſi qui experti aliquid remedij nouerint conferant laboranti. Cumqꝫ mulier quedã paruulũ ſuũ per omnes circũtuliſſet ex more nec aliquid remedij cunctas domus luſtrando cepiſſet venit etiam ad captiuam: vt ſi quid ſciret oſtẽderet. Illa ſe humani q̃dem remedij nihil ſcire teſtat̃: deum tñ ſuum xp̄m quem colebat dare ei deſperatam ab hominibus ſalutẽ poſſe confirmat. Cumqꝫ cilicio ſuo ſuperpoſuiſſet paruulum atqꝫ ipſa deſuper orationem fudiſſet ad dominum ſanum matri reddit infantem. Sermo defert̃ ad plures: factiqꝫ fama magnifici vſqꝫ ad aures regine perlabitur.

¶ Que dolore quodam grauiſſimo corporis afflicta: in deſperatione maxima erat. Rogat ad ſe captiuam deduci. Illa ire abnuit ne preſumeret amplius aliquid q̃ ſexus ſinere videretur.

¶ Ipſa ſe regina deferri ad captiue cellulam iubet. Quã ſimiliter ſupra ciliciũ ſuum poſita inuocato xp̄i noĩe continuo poſt precem ſanã ⁊ alacrem fecit exurgere: xp̄mqꝫ eſſe deum dei ſummi filiuꝫ qui ſalutem hanc contulerit docet: eũqꝫ quẽ ſibi autorem ſue ſciret eſſe incolumitatis: ⁊ vite commonet inuocandũ. Ipſum namqꝫ eſſe: qui et regibus regna diſtribuat et mortalibꝰ vitam. At illa cum leticia domũ regreſſa marito percunctãti cauſam tã ſubite ſanitatis aperuit: qqꝫ cũ pro ſalute cõiugis letus mulieri munera deferri iuberet: illa horũ inquit o rex nihil captiua dignat̃. Aurum deſpicit argentum reſpuit ieiunio quaſi cibo paſcitur: hoc ſolum ei muneris dabimus ſi eum qui me illa inuocante ſanauit Chriſtum deum colamꝰ. Ad hec tũc rex ſegnior fuit ⁊ interim diſtulit ſepius licet ab vxore commonitus donec accidit quandã die venante eo in ſiluis cum comitibus ſuis obſcurari denſiſſimis tenebris diem ⁊ per tetre noctis horrorẽ luce ſubducta iter greſſibus denegarit. Alius alio diuerſi ex comitibus oberrãt ipſe ſolus dẽſiſſima obſcuritate circundatus quid ageret quo ſe verteret neſciebat: cum repente anxios ſalutis deſperatione animos cogitatio talis aſcẽdit. Si vere deus eſt chriſtus ille quem vxori ſue captiua predixerat nunc ſe de his tenebris liberet vt ipm̃ ex hoc omiſſis omnibus coleret. Ilico vt hoc nondũ verbo ſed ſola mente deuouerat reddita mundo dies regẽ ad vrbem perducit incolumeꝫ. Quiqꝫ regine rẽ protinus vt geſta eſt pandit: euocari iam iamqꝫ captiuã ⁊ colendi ritum vt ſibi tradat expoſcit: nec ſe vltra alium deũ q̃ chriſtum veneraturum eſſe confirmat. Adeſt captiua edocet dominum chriſtum: ſupplicandi ritum venerandiqꝫ modũ in quãtum de his aperire femine fas erat pãdit. Fabricari tamen eccleſiam monet formamqꝫ deſcribit. Igit̃ rex totius gentis populo conuocato rem ab initio que erga ſe ac reginam geſta fuerant expoſuit: fidemqꝫ edocet: ⁊ nondũ initiatus in ſacris ſit ſue gentis apoſtolus. Credunt viri per regem femine per reginã. Cunctiſqꝫ idem volentibus eccleſia extruitur inſtanter: et eleuato iam perniciter murorum ambitu tempus erat quo columne collocari deberent. Cũqꝫ erecta prima ⁊ ſecũda ventũ fuiſſet ad tertiam conſumptis oĩbus machinis et boum hominũqꝫ viribus cũ media iam in obliquũ fuiſſet erecta: ⁊ pars reliqua nullis machinis erigeret̃ repetitis ſcd̃o et tertio ac ſepius viribꝰ ne loco q̃dẽ moueri attritis oĩbus potuit. Admiratio erat totius populi: regis animoſitas hebeſcebat: q̃d fieri deberet oẽs ſimul latebat. Sed cũ interuentu noctis oẽs abſceſſiſſent cunctiqꝫ mortales ex ip̄a opera ceſſarent: captiua ſola in oratione pernoctans mãſit intrinſecus. Cũ ecce matutinus ⁊ anxius cum ſuis oĩbus ingreditur rex: videt columnam quã tot machine et tot populi mouere non quiuerant erectam ⁊ ſuper baſim ſuam librãte ſuſpenſam nec tamen ſuperpoſitam: ſed quantũ vnius pedis ſpacio in aere pendentem. Tum vero omnes populi contuentes et magnificantes deum veram eſſe regis fidem et captiue religionem preſentis miraculi teſtimonia perhibe-

bant. Et ecce mirantibus adhuc et ſtupentibus cunctis: in oculis eorum ſenſim ſuper baſim ſuam nullo contingente columa depoſita ſumma cum libratione cõſedit. Poſt hec reliquus numerus columnarum tanta facilitate ſuſpenſus eſt: vt omnes que ſuperfuerant ipſa die locarentur. Poſtea vero ꝙ eccleſia magnifice conſtructa eſt: et populi fidei maiore ardore ſitiebant: captiue monitis ad imperatorem Conſtantinum totius gentis legatio mittitur. Res geſta exponitur ſacerdotes mittere exoratur: q̃ ceptum erga ſe dei munus implerent. Quibus ille cum omni gaudio et honore tranſmiſſis multo amplius ex hoc letatus eſt: ꝙ ſi incognitas Romano imperio gentes ⁊ regna ignota iunxiſſet. Hec nobis ita geſta fideliſſimus vir Bacurius gentis ipſius rex: et apud nos domeſticorũ comes cui ſumma erat cura: ⁊ religionis ⁊ veritatis expoſuit cum nobiſcum Paleſtini tunc limitis dux in hieroſolymis ſatis vnanimiter degeret. Sed ad ceptum redeamus.

¶ Capitulum. xij. de Conſtantia ſorore Conſtantini ⁊ preſbytero per eum fratri ſuo commendato: qui poſt mortem Conſtantini conſtãtie inſinuauit vt arrium reuocaret.

POſtea ꝙ religioſi principis mater Helena ſummis Romani regni honoribꝰ affecta ex hac luce deceſſit Conſtãtia tunc Licinij derelicta fratris auguſti ſolatijs vtebat̃. Huic accidit preſbyterum quendam venire in notitiam latenter partibus Arrij fauentem. Sed is primo nihil omnino de his apud ſororẽ pricipis aperire. Ubi vero multa familiaritas copiã tribuit: paulatim ſermonem cepit aſpergere inuidiam dicens Arrio generatam: ⁊ pro ſimultatibus priuatis epiſcopum ſuũ rem contentioſe exagitauiſſe: emulationis ſtimulo confixum quod Arrius apud plebem ſatis carus haberetur. Hec atqꝫ huiuſmodi alia frequentius ſuggerens animos conſtantie ſuos effecit. Que cum diem obitura viſitaretur a fratre atqꝫ ab eo blande religioſeqꝫ cõpelleretur extremam dicitur ab eo gratiam popoſciſſe: vt preſbyterum in familiaritate reciperet: ⁊ que ſibi ab eo ꝓ ſpe et ſalute ſuggererentur audiret. Si quidem iam ex luce diſcedentem nihil curare: pro fratris vero ſtatu eſſe ſollicitam ne forte pro innocentium penis regni ſui pateretur excidium. ¶ Quibus ille monitis a ſorore ſuſceptis: ⁊ fidelem pro ſe germane ſollicitudinem credens accommodauit aurez preſbytero: et interim accerſiri de exilio Arrium iubet: vt quemadmodum de fide ſentiret exponeret. Tum ille fidem conſcripſit: que non quidem ſenſum noſtrum: tamẽ verba noſtra continere profeſſionemqꝫ videretur. Miratus quidem eſt Imperator: et putauit vnam eandemqꝫ in ipſius et concilij dudum geſti expoſitione ſententiam contineri. Tamen in nullo relaxat animi vigorem: ſed rurſus eum ad concilij remittit examen. Quoniam q̃dem ad dedicationem hieroſolymorum ex omni orbe coire ſacerdotes inuitabãtur hec ad eos de nomine eius ſcribens vt ſi expoſitionem fidei eius probarent ⁊ eum vel per inuidiam: vt aſſerebat tũc circumuentum dinoſcerent: vel nunc ab errore correptum clementi erga ipſum iudicio vterentur: quando quidem tanta fuerit concilij moderatio vt non in ꝑſonam eius ſed in dogmatum prauitatẽ fuerit lata ſententia: ſi tamen ⁊ epiſcopi eius alexandri accommodaretur aſſenſus. Sed ⁊ ab ijs quidem qui primo ceptis eius fauentes cum ſimulatiõe ſubſcripſerant: facile exceptus eſt: cum vero alexandriam perrexiſſet ibi omne eius fruſtratur inceptum. Quoniam quidez dolis apud ignorantes locus eſt ſcientibus vero: dolum intendere nõ aliud eſt ꝙ riſum mouere. Interea dũ hec apud alexandriam fruſtra agitantur: venerabilis Auguſtus cõſtantinus in ſuburbana villa Nicomedie: triceſimo et primo imperij ſui anno die functus eſt: liberis de ſucceſſione Romani orbis teſtamẽto heredibus ſcriptis. Quo in tẽpore (quos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

niam quidem conſtantinus cui orietis regnum decreuerat preſens non erat) dicitur ſecreto acerſiens presbyterum quem a ſorore commendatum ſupradiximus: et exinde familiariter habitum tradidiſſe ei teſtamentu quod ſcripſerat: et obteſtat' ſub ſacramento ne vlli niſi conſtantio cum veniſſet in manus traderet cui etiam quod eunuchi qui erant in palatio fauebant: arte indicio de imperatoris morte ſuppreſſo vſq; ad conſtantij preſentiam: multis noua tentantibus oppreſſis: reſtituta integraq; manſere. Cum vero Conſtantius affuiſſet: depoſitu preſbyter reſtituit. Cuius beneficij gratia imperator regni cupid': ita et deuinctus eſt: vt qui imperare cunctis ambierit: ab illo ſibi imperari equanimiter pateretur. Ex quo deuncto ſibi imperatore cepit de arrij reſtitutione ſuggerere et nolentes acquieſcere ſacerdotes vti cogeret perſuadere.

Idē in hiſto. triper. lib. viij. cap. j. et cap. v.

¶ Capitu. xiij. quomodo euſebius pter coſtantij familiaritate nitebat reuocare in irritu geſta cocilij: et cogere alexandru Alexandrie epiſcopu vt arrium ſuſciperet.

Ea tempeſtate apud Alexadria Alexander i hieroſolyſmis maxim' pſeſſor: apud Coſtātinopolim eque Alexāder vt ex athanaſij ſcriptis comperimus ſacerdotio fungebantur. Sed euſebius qui apud Nicomediā erat de cu' ſimulatione in ſubſcribēdo ſupradiximus: amplaz occaſionem temporis nactus et principi per presbyterum familiaris effectus reuoluere omnia atq; in irritum reuocare concilij geſta molitur. Arrium nequaq; apud Alexandriam commorantem venire facit: et imperialibus edictis concilium denuo conſtantinopoli conuocari: quo conuenere illi maxime qui arrium atq; Euſebium ſectabantur: quiq; ſepe cum Alexandro cogreſſi vt arrium ſuſciperet: nec tamen aliquid proficietes ne ab iniurijs quidem eius temperabant. Ad vltimum certam ei diem ſtatuentes denunciant: vt aut ipſe arrium ſuſciperet: aut ſi remittere tur: ſi eccleſia pulſo et exilium truſo: ab alio eum ſuſcipiendum ſciret. Tum ille nocte que ad conſtitutam intererat diem: ſub altari iacens atq; in oratione et in lachrymis totam peruigilez ducens: eccleſie cauſam domino cōmendabat. Cūq; lux exorta fuiſſet: nec tamen ab oratiōe Alexāder ceſſaret: Euſebius cum ſuis omnibus velut heretici belli ſignifer domum arrij matutinus aſcēdit: eumq; propere ſequi ad eccleſiam iubet: proteſtatus qd Alexāder niſi preſens acquieſceret: expulſus cederet loco.

Idē in hiſto. tripti. lib. iij. ca. x.

¶ Capitu. xiiij. de probroſo interitu arij cū ad eccleſiam pficiſceretur: vt ab Alexandro epiſcopo rennuente quidē reciperetur.

Fuit omnium ſumma expectatio: quo vel Alexandri perſeuerantia vel Euſebij arrijq; inſtātia declinaret. Cumq; cunctorum animi eſſent vt in tali re ſolet expectatione ſuſpenſi arrius ad eccleſiam pergens epiſcoporū et populoꝝ frequētia coſtipat': humane neceſſitatis cā ad publicū locū decli



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Idem in hiſto. tripti. lib. iiij. c. x.

nat vbi cũ ſederet: inteſtina eius atqꝫ oĩa viſcera in seceſſus cuniculũ defluxere: ac tali in loco dignã morte blaſphemie et fetide mẽtis exoluit. Quod poſteaqꝫ in eccleſia nũciatũ eſt. Euſebio atqꝫ ijs qui vna ſecum ſanctum ⁊ innocentem virum Alexandrum de arrio recipiendo fatigabant: ſuperati pudore ⁊ adoperti cõfuſione diſcedunt. Tunc cõpletus ſermo ad gloriã dñi quem in oratiõe ſua Alexander ad dñm ꝓclamauerat dicens. Judica dñe inter me ⁊ Euſebij minas atqꝫ arrij vim. Sed ij ad preſens quidẽ paululũ pudoris habuere: conuenientes vero inter ſe heretici veriti ne forte ſi ſicut res geſta eſt integre ad imperatorẽ cõſtãtinũ perueniſſet nõ ſolũ a ꝑfidia eoꝝ in qua callide irreticus tenebatur abſcederet verũ ⁊ in autores deceptionis ſue ſeuerius aliqd ⁊ regia autoritate decerneret cõponunt per eunuchos quos in perfidia deceptos tenebant vti de arrij morte imperator qꝫ fieri poſſet cõpoſite ⁊ cõiter noſceret: ne aliquid qd dei vindictam indicare videret ꝉ audiret. Quib⁹ ita geſtis cauſaꝫ fidei vt ceperãt ꝓſequuntur.

Cap. xv. quomodo athanaſius Alexandro defuncto effectus eſt epſ alexãdrie: ⁊ eiuſdem bonis principiis.

Igitur apud Alexandriam defuncto Alexandro Athanaſius ſuſceperat ſedeꝫ. Qđ vero eſſet idem vir acris ingenij ⁊ in eccleſiaſticis negotijs apprime vigilans: ſatis iam tũc hereticis innotuerat cũ ad concilium. Nicenum cũ epiſcopo ſuo ſene Alexãdro venerat. Cuius ſuggeſtionibus hereticorum doli ac fallacie vigilanter detegebantur. Statim ergo vt eum epm factum cognouerat id quod res indicabat ſua negotia per illius ſollicitudinem facile proceſſura: omnib⁹ modis querere aduerſus eũ machinas deceptionum parabant. Uerum nõ mihi abſqꝫ ordine videtur: pauca de huius viri origine ſupra repetere: ⁊ cuius a puero inſtitutionis fuerit ſicuti ab ijs qui cũ ipſo vitã duxerant accepimus memorare. Tpe quo apud Alexandriaꝫ Petri martyris diem Alexander epiſcopus agebat cũ poſt expleta ſolennia conuẽturos ad conuiuiũ ſuũ clericos expectaret in loco mari vicino videt eminus puerorum ſuper oĩa maris ludũ imitantium (vt fieri ſolet) epm: atqꝫ ea q̄ in eccleſijs geri mos eſt.

f.q.j.c. ſpiritus ſanct⁹.

Sed cum intenti⁹ diutino pueros inſpectaret: videt ab his geri quedã etiã ſecretiora ⁊ myſtica: perturbatus ilico vocari ad ſe clericos iubet: atqꝫ eis quid eminus ipſe videret oſtendit. Tunc abire eos et comprehenſos ad ſe perducere omnes pueros imperat. Cumqꝫ adeſſent: quis eis ludus et quid egiſſent: vel quõ percõtatur. Illi vt talis habet etas pauidi negare primo deinde reꝫ geſtã per ordinem pandunt. Et baptizatos a ſe eſſe quoſdam catecuminos confitentur per athanaſium: qui ludi illius puerilis epus fuerat ſimulatus. Cum ille diligenter inquirẽs ab ijs qui baptizati dicebantur: quid interrogati fuerint: quid ve reſponderint: ſimul ⁊ ab eo qui interrogauerat. Ubi videt ſecunduꝫ religionis noſtre ritum cuncta conſtare collocut⁹ cum concilio clericorum ſtatuiſſe traditur: illis quibus integris interrogationibus et reſponſiõibus ad quas fuerat infuſa iterari baptiſma non debere: ſꝫ adim

Eccl.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pleri ea q̄ a ſacerdotibus mos eſt. Athanaſium vero atqꝫ eos quos ludus ille vel preſbyteros habere viſus fuerat vel miniſtros ꝯuocatis parentibus ſub dei obteſtatione tradit eccleſie ſue nutriendos. Paruo autem tempore exacto cum a notario integre ⁊ grammatice ſufficiēter athanaſius fuiſſet inſtructus: continuo tanq̄ fidele domini commendatum a parentibus reſtituitur ſacerdoti: ac velut Samuel quidam in templo domini nutritur: ⁊ ab eo pergente ad patres in ſenectute bona: ad portandum poſt ſe Efod ſacerdotale deligitur. Sed huius tanti in eccleſia pro fidei integritate agones fuerunt: vt etiam de hoc videatur dictum eſſe illud quod ſcriptuꝫ eſt. Ego enim oſtendam ei quanta oporteat euꝫ pati pro nomine meo. In huius etenim perſecutiones vniuerſus ꝯiurauit orbis. Et commoti ſunt principes terre: gentes regna: exercitus coierunt aduerſus eum. Ille autē diuinum illud conſeruabat eloquium dicens. Si conſiſtant aduerſum me caſtra non timebit cor meū: ſi exurgat in me prelium: in hoc ego ſperabo. Uerum quoniaꝫ tanta ac talia ei⁹ geſta ſunt: vt magnitudo quidem reruꝫ nihil me preterire patiatur: multitudo vero geſtorum ꝙ̄ plurima cogat omittere: incerto eſtuat animus: dum deliberare non valet qnid teneat quid omittat. Et ideo pauca nos que ad rē pertinent memorabimus. Reliqua eius fama narrabit. Sine dubio minora vero nuntiatura: nam nihil quod addere poſſit inueniet.

¶ Capitulum.xvj. de morte conſtantini fratris conſtantij et de ipſius cōſtantij errore: et de concilio hereticorum contra Athanaſium congregato iuſſu conſtantij.

IGitur vbi Conſtantius orientis ſolus obtinuit regnum: Conſtantino fratre non longe ab aq̄lea apud alſam fluuium a militibus interfecto: conſtans vtriuſqꝫ germanus: occidentem ſatis induſtrie gubernabat: nam conſtantius natura ⁊ animo regio, dum primis illis regni ſui fautoribus ſatis indulget: per eunuchos arte in perfidiam decipitur a peruerſis ſacerdotibus ⁊ intento ſatis ſtudio prauis eorum contentiōibus obſecundat. Sed illi vetentes ne forte adeundi regis copia quandoqꝫ fieret athanaſio: et per eum de veritate fidei quam peruertebant ſecundum ſcripturas edoceretur omnimodis inſimulare eū apud principem: ⁊ velut omnium ſcelerum ac flagitiorum aggrediunt exponere vſqꝫ quo humani corporis brachium loculo delatum Imperatori oſtendunt. Quod ab Athanaſio exciſum magice artis gratia: de arſenij cuiuſdam corpore confirmabant. Sed ⁊ alia quamplurima criminoſa ſimul et flagitioſa componunt. quib⁹ ex cauſis imperator iubet ꝯuocato concilio Athanaſium condemnari. Idqꝫ apud tyrum miſſo e latere ſuo vno ex comitibus: Annitēte quoqꝫ Archelao tunc comite orientis: necnon et eo qui fenicem prouinciam gubernabat congregari iubet. Eo deducitur Athanaſius: loculus cum humano brachio circunfertur: inuidie horror non ſolum religioſas ſed et viles animas peruadit.

¶ Capitulum.xvij. quomodo paſnucius noluit permittere vt maximus hieroſolymorum epiſcopus cum illis hereticis ſederet propter dolos ⁊ cautellas qui contra arrium adducebātur et ibidem detectus eſt dolus de brachio exciſo arſenij.

HIc arſeni⁹ cuius brachium dicebatur exciſum lector: aliquando Athanaſij fuerat: et ob culpam correptioneꝫ veritus frequentie ſeſe ſubtraxerat. Cuius latebras oportunas ſibi ad huiuſcemodi commentum flagitioſi homines rati: initio compoſiti criminis occultatum eum apud quendam quem fidiſſimum ſceleribus ſuis crediderant retinebant. Peruenit tamen ad hunc in latebris poſituꝫ



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quid ſuo nomine criminis inten
taretur athanaſio. Et ſiue eum
ipſa humanitatis contemplatio
ſiue diuina pertulit providen=
tia: clam per noctis ſilētium eua
dens clauſtris enauigauit ty=
rum. Et pridie ꝗ cauſe dicende
adeſſet vltimus dies: athanaſio
ſeſe arſenius obtulit: vtqꝫ ſe re=
rum geſtarum ſeries haberet
edocuit. Ille domi eſſe hominem
nec innoteſcere cuiqꝫ de eius pre
ſentia iubet. Interea concilium
cogitur: in quo aliquanti concin
nate calumnie conſcij: omnes pe
ne inſenſo animo aduerſus atha
naſium preiudicatoqꝫ cōueniūt.
Per idem tempus Paſnutius con
De hoc paſnu. habes ſ.e.lib. ca.iiij.
feſſor de quo ſupra memoraui=
mus aderat Athanaſij innocen
tie conſcius. Is cum vidiſſet ma
ximum hieroſolymorum epiſco=
pum qui vna ſecum effoſſo oculo
ꝛ poplite ſucciſo confeſſor extite=
rat verum ꝑ nimia ſimplicitate
nihil de ſacerdotum ſcelere ſu=
ſpicantem cōſediſſe cum ceteris
quos factionis macula ſociaue=
rat medium cōſeſſum adire non
veritus: te inquit o maxime cum
quo mihi vnum atqꝫ idem con=
feſſiōis inſigne eſt cum quo mihi
pariter mortale lumen effoſſum
clariorē diuini luminis ꝓciliauit
aſpectū. Te inqꝫ nō patiar ſede=
re in cōcilio malignantium: ꝛ cū
iniqua gerentibus introire. In=
iectaqꝫ manu eleuans eū de me=
dio eorū ac de ſingulis inſtruēs:
perpetua dehinc athanaſio cō=
munione ſociauit. Sed nterim
cauſa dicitur. Prima introduci=
tur accuſatio mulieris cuiuſdaꝫ
que ſe diceret aliquando hoſpi=
tio athanaſiuꝫ recepiſſe: ꝛ ab eo
noctu nihil ſuſpicantem vim cor=
ruptionis eſſe perpeſſam: intro=
duci ad hoc iubetur athanaſius.
Ingreditur cū Thimotheo preſ
bytero ſuo eūqꝫ mouet: vt poſtea
ꝗ mulier dicēdi finē feciſſet: ſe ta
cente ipſe ad ea q̄ dixerat rñderet. Cūqꝫ
mulier ea que docta fuerat peroraſſet:
Thimotheus conuerſus ad eam. Vere
inquit mulier ego manſi apud te aliquā=
do: aut vim tibi vt aſſeris feci. Tunc illa
vt mulierum ſe talium procacitas habet
obiurgans Thimotheū: tute inquit mi=
hi vim feciſti: tu in illo loco commaculaſti
caſtitatem meā. Simul ꝛ conuerſa ad iu
dices obteſtari fidem dei cepit vera ſe di
cere. Tūc omnes ridiculoſus pudor ha
bere cepit: ꝙ tam facile tacēte eo factio
compoſiti criminis ꝑtuiſſet. Nec tamen
permiſſi ſunt iudices habere de muliere
queſtionem vnde hec vel per quos aut
quomodo fuiſſet aptata calumnia: quo=
niam iudicandi libertas penes accuſato
res erat.
B ¶ Hinc tranſitur ad aliud crimen.
Profertur facinus ſeculis inauditum.
Ecce inquiunt vbi nemo poſſit verborū
preſtigijs decipere oculis res agitur.
Verbis ceſſantibus brachiuꝫ hoc te aiūt
athanaſij accuſat exciſum. Hec eſt arſe=
nij dextera quam tu quomodo vel ad
quos vſus excideris indicato. Tum il=
le. Quis enim (inquit) veſtrum arſeniuꝫ
nouerit: vt hanc ipſius dexteram cogno=
ſcatis. Exſurrexerunt aliquanti qui ſe
dicerent optime ſcire arſenium. In qui=
bus nonulli erant abſqꝫ conſcientia fa=
ctionis. Orat dehinc a iudicibus atha=
naſius: vt hominem ſuum quum nego=
tiū depoſceret iubeant introduci. Cumqꝫ
introductus eſſet arſenius eleuato eius
vultu athanaſius concilio: et iudicibus
ait. Hic eſt arſenius et alleuans eius ni
hilominus dexteram: hec eſt inquit etiā
dextera eius: hec eſt et ſiniſtra. Hec au=
tem quam iſti offerunt manus vnde ſit
vos requirite. Tunc velut nox quedam
et tenebre accuſatoribus oculis infuſe
quid agerent: quo ſe verterent neſcie=
bant. Ipſum etenim arſenium teſteſqui
paulo ante ſcire ſe dixerant: confirma=
bant. Verum quia non iudicandi ſed op=
primendi hominis cauſa concilium ge=
rebatur fragor omnium repente attolli=
tur magum eſſe athanaſium: et decipe=
re intuentiū oculos acclamat nec debere
vllo mō vltra talē hoīem viuere. Factoqꝫ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

impetu ſuis eū diſcerpe manibus parāt. Sed archelaus qui cum ceteris ex precepto imperatoris cōcilio preſidebat ereptuꝫ euꝫ de diſcerpentium manibus per occultos exitus eduxit ac fuge qua ſolum poſſet ſalutem monuit commendare. Concilium tamen rurſum conueniens tanq̄ ſi nihil omnino deprehenſum fuiſſet vt confeſſum de intētatis criminibus athanaſium condēnat. Et geſta in hunc modum ficta per orbem terre mittētes ad ſceleris ſui conſenſum imperatore cogēte ceteros epiſcopos pepulerunt.

¶ Capitulum decimūoctauū de fuga et latebris Athanaſij qui ſex ānis latuit in lacu ciſterne.

Hinc iaꝫ toto orbe profugus agit athanaſius nec vll⁹ ei tutus ad latendum ſuperat locus. Tribuni prepoſiti comites exercitus quoq₃ ad inueſtigandum eum mouentur edictis imperialibus. Premia delatoribus preponuntur ſi quis viuum maxime ſin minus caput certe Athanaſij detuliſſet. Ita totis regni viribus fruſtra aduerſus eum cui deus aderat certabatur. Interea ſex continuis annis latuiſſe fertur in lacu ciſterne non habentis aquam vt ſolem nunq̄ viderit: ſed cum per ancillam que ſola conſcia dominorum officijs qui ei latebras ꝓbuerant videbatur indicat⁹ fuiſſe: tanq̄ dei ſpiritu ammonitus ipſa nocte qua ad eum comprehendendum cum iudicibus veniebatur poſt annos ſex migrauit ad alium locum. Ita illi qui venerant fruſtratis dominis q̄ꝫ in fugam verſis de ancilla: vt falſa indice penas ſumunt.

Idē in hiſt. tri pti. lib. v. c. ij. in fine.

¶ Capitulum. xix. Quomodo conſtans pro Athanaſio qui ad eum fugerat conſtantio ſcripſerit eumq₃ eccleſie reddi iuſſit a qua ſtatim ipſe Athanaſius fugatur: Conſtātius autem poſtea venit ad partes occidentales voluitq₃ cogere epiſcopos conſentire hereſi arrij.

Verumne graues alicui latebre ſue fierent et occaſio calumnie innocentibus quereretur nihil ſibi vltra iam tutū in Conſtātij regno preſumens ad Cōſtantis partes profugus abſcedit. A quo ſatis honorifice religioſeq₃ ſuſceptus eſt dūq₃ cauſa eius quare fama compererat diligētius cognita ſcribit ad fratrem pro certo ſe comperiſſe q̄d ſacerdos dei ſummi Athanaſi⁹ iniuſte fugas et exilia pateretur.

A ¶ Hunc itaq₃ recte faceret ſi abſq₃ vlla moleſtia loco ſuo reſtitueret ſi id nollet cure ſibi futurum vt ipſe id adimpleret regni eius intima penetrans et penas digniſſimas de autoribus ſceleris ſumēs. Quibus ſcriptis ꝑterritus Conſtantius q̄ poſſe facere ea que minitabatur conſcius erat fratrem ſimulata benignitate vltro venire ad ſe Athanaſium iubet et leui increpatione perſtrictum ad eccleſiā ſuam permittit ire ſecurum. Admonitus tamen Imperator ab impijs cōſiliarijs non eſt (inq̄t) magnum Athanaſi q̄ epiſcopi poſcunt de te: vt vnam ex multis q̄ ſunt apud alexādriam eccleſijs cōcedas populis eorū qui tibi cōicare nolūt. Tunc ille deo

Idē in hiſt. tri pt. li. ij. ca. xxx.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſibi ſuggerẽte paratũ in tpe cõ-
cilij reperit. Et quid eſt inquit
Imperator: qđ poſcenti tibi li-
ceat denegari qui ptãtẽ habes
oĩm iubendi. Sed vnũ eſt qđ oro
vt meã quoq; petitiunculã liben
ter admittas. Cũq; ſe oĩa q̃ vel-
let ꝗuis eſſent difficilia ꝓmitte-
ret pſtaturũ ſi hoc vnũ cederet li
bens Athanaſius. Hoc eſt inqͭt
quod rogo vt quia eſſet hic (naȝ
apud Anthiochiã res agebat)
ſunt noſtri populi qui iſtis com-
municare nolunt vnam eis tene
ri cõcedas eccliam. Equiſſimuȝ
ſibi videri ⁊ valde pſtandũ letus
ſpopondit Imperator. Sed cum
rem detuliſſet ad eos quorum cõ
ſilijs vtebatur neq; ibi ſe velle
accipere eccleſiam neqȝ hic da-
re rñdent: quia plus ſibi ſinguli
quiq; ꝗ abſentibus conſulebãt.
Ita imꝑator ammirat⁹ ei⁹ pru-
dẽtiã ꝓperare ocyus ad ſuſcipiẽ
dam ſuam eccliam iubet.

Hec tã gũtur i hiſtor. tri. lib. ij. capi. xxxvij. ſequenti. ⁊ lib. v. capi. xv.

B ¶ Sȝ cum magnẽtij ſcelere
Imꝑator Cõſtans regno ſil ⁊ vi
ta fuiſſet exẽptus rurſum in A-
thanaſiũ veteres illi incentores
principis odia reſuſcitare cepe-
rũt. Fugatoq; de eccl'ia in locuȝ
eius Georgij quedã pfidie ⁊ im-
manitatis ſue ſociũ mittũt. Nã
prius quedã Gregoriũ miſerãt.
Rurſum fuga rurſum latebre et
edicta aduerſum Athanaſium
principis per omnem locum po-
nũtur pmia ⁊ honores delatori-
bus pollicentia. Ipe quoq; cum
ob vindictam necis fraterne re-
gnũqȝ recuperandũ ad occiden
tis ptes veniſſet ⁊ extincto tyrã-
no regni ſolus arce potiretur fa
tigare occidentales epiſcopos ⁊
p deceptionẽ ad conſenſum ar-
riane hereſeos cogere aggredi-
tur Athanaſij prius condemna-
tione premiſſa ⁊ velut obijcis va
lidiſſimi obiectione ſublata.

¶ Cap. xx. de concilio apud
mediolanũ habito ⁊ exilijs
euſebij ⁊ multoꝝ aliorum.

OB hoc apud Me-
diolanũ epoꝝum con-
ciliũ conuocatur plu-
res decepti. Diony-
ſius vo Euſebius: Paulin⁹ Ro-
danius ⁊ lucifer dolũ eſſe in ne-
gotio ꝓclamantes aſſerenteſq;
ſcriptio in athanaſiũ nõ aliã ob
cãm ꝗ deſtruende fidei moliret
in exiliũ truſi ſunt. His et Hyla-
rius iũgitur ceteris vel ignoran
tibus: vel nõ credẽtibus fraudẽ.

Idẽ in hiſt. tri par. li. v. cap. xv. B.

¶ Cap. xxj. de ꝯcilio ariminẽſi in
quo ſacerdotes occidentales ab
orientalibus decepti fuere: ⁊ ab
latiõe homouſion a ſymbolo.

SEd tali cõ
cilio geſtum fuiſſe ne
gotium rei exitus do
cuit: illis nanqȝ de
medio ſublatis continuo Sino-
dus apud Ariminũ congregat.
Ibi ſecundum ea que orĩetales
apud Seleutiaȝ cõpoſuerãt cal
lidi homines ⁊ verſuti ſimplices
⁊ imperitos occidentalium ſacer
dotes facile circumueniunt hoc
modo proponendo eis quẽ ma-
gis colere: ⁊ adorare vellent. Ho
mouſion an xp̄m: illiſqȝ virtutem
verbi quid homouſion ſignifica-
ret ignorantibus: velut in faſti-
dium quoddaȝ et execrationem
ſermo deductus eſt chriſto ſe cre
dere non homouſion confirman
tibus. Sic multorum preter pau
cos (qui ſcientes prolapſi ſunt)
animi decepti contra ea que pa
tres apud Niceam cõſcripſerãt
venientes homouſiõ quaſi igno
tũ ⁊ a ſcripturis alienũ ſermonẽ
auferri de fidei expoſitiõe decer
nunt. Cõionemqȝ ſuã hereticoꝝ
ſocietate cõmaculãt. Ea tẽpeſta-

Hoc tã gitur i hiſt. tri. li. v. ca. xvj. c.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

te facies eccleſie fedat admodum turpis erat. Non enim ſicut prius ab externis ſed a proprijs vaſtabat. Fugabat alius: alius fugabat. Et vterq; de eccleſia erat Aranus quam nec immolatio: nec libamina. Preuaricatio tamen et lapſus erat a ruina multorum. Similis pena ſed impar victoria. Similiter cruciabantur ſed non ſimiliter gloriabantur qr dolebat eccleſia etiam illius caſum qui impellebat ad lapſum.

¶Capitulū.xxij.de exilio liberij vrbis Rome epiſcopi.

Bitur Liberi⁹ qui poſt Julium marci (quē ſilueſter preceſſerat) ſucceſſorem in vrbe roma per idem tempus ſacerdotio fungebatur in exiliū truditur. Jncq; eius locū Felix diaconus ſuus ab hereticis ſubrogatur. Et non tā ſecte diuerſitate q̄ cōmunionis ⁊ ordinationis conuenientia maculatur.

¶Capitulum. xxiij.quomodo hieroſolymorum et alexandrie epiſcopi ſe habeant in miniſtrando.

Hieroſolymis vero cyrillus poſt maximinū ſacerdotio confuſa iam ordinatione ſuſcepto aliquando in fide ſepius ī commmunione variabat apud Alexandriaꝫ vero Georgius ſatis procaciter vi raptum epiſcopatum gerebat ita vt magis ſibi iuris dicendi creditos faſces quam ſacerdotium miniſtrandum religioſis officijs eſtimaret.

¶Capitulū. xxiiij.de meletio qui ab hereticis epiſcopus antiochie ordinatur et ab eis poſtea in exilium truditur.

Apud ātiochiā ſane diuerſis temporib⁹ multa queādmoduꝫ cōfuſe geſta ſunt. Nam defuncto Eudoxio cum multi diuerſarum vrbium epiſcopi ad illam ſedē ſumma ambitione niterentur ad vltimum Meletium de ſebaſtia Armenie ciuitate contra decreta cō ciliꝫ illuc tranſtulerunt. Qui tamen ab ipſis rurſum in exilium truditur. q; contra opinionem ipſorum non Arrij ſed noſtrā fidem cepit in eccleſia predicare. Quem magna plebs eccleſia depulſum ſecuta ab hereticorum ſocietate diuellitur.

¶Capitulū.xxv.de ſciſmate arrianorum quod in partes diuiſum eſt ⁊ quidam eorum eunomiani: alij macedoniani: alij vero arriani dicebantur.

Interea vt aliquādo etiam in ſemetipſam predines malitia deſeuiret ſacerdotes ⁊ populi qui Arrio duce primitus fuerant ab eccleſia diuulſi in tres denuo ſectas parteſq; ſinduntur. Nā illi quos paulo ſuperius direximus: non acquieſcentes Euſebij ceterorumq; ſimulationibus cum Arrio exilium pertuliſſe poſtmodum nec ipſi Arrio regreſſo de exilio communicare voluerunt eo quod ſimulata confeſſione cōmunicaſſent his qui de ipſa ſubſtantia dei patris filium confiterentur: quia ipſi ea que primo docuerat Arrius ex nullis extantibus creatum et factum non natum filium ſatis libera ſeu potius impudenti blaſphemia confirmabant. Quod et poſt illorum obitum Actius quidam poſt actium validius et latius aſſerebat Eunomius vir corpore et animo leproſus et interius exteriuſq; morbo regio corruptus tamen arte dialectica prepotens plurima contra fidem noſtram ſcripſit et diſputandi leges ſecutoribus ſuis dedit. A quo etiam nunc Eunomiana hereſis appellatur. Alius quoq; Macedonius nomine quē noſtris expulſis imo potius necatis apud conſtantinopolim ſtatuerunt epiſcopum: quia ſimilem patri filium fatebatur licet ſpiritum ſanctū eque vt illi blaſphemaret tamen ab illis expellitur quia ſimilia vt de patre etiam de filio predicaret. Neq; vero noſtris coniungitur a quibus de ſpiritu ſancto diuerſa ſentiret. Jta peſtifera illa beſtia que per arrium primum quaſi de infernis extulerat caput ſubito triformis apparuit per Eunomianos qui dicunt per omnia diſſimilem filium patri: quia nul-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lo genere poſſit eſſe ſimilis factura facto ri. Per arrianos q̄ dicunt ſimilē quidem poſſe dici filiū patri: ſed largitate gratie non ꝓprietate nature inquantū ſcilicet pōt creatori creatura cōferri p macedonianos q̄ dicūt ſimilē quidē filiū p oīa pr̄i ſanctū ꝟo ſpm̄ cū patre ⁊ filio nihil habere cōe. Hec q̄dē inter illos ita geſta ſunt. Sed ſicut de talibꝰ ſcriptū eſt diſciſſi ſunt et nō ſunt compuncti. Plurimi ſane earū q̄ videbanť attentiorē vitā gerere et monaſteria per multa apud Conſtantinopolim vicinaſqꝫ ꝓuincias et epī nobiles macedonij magis errorem ſecuti ſunt.

¶ Capitulum.xxvj. de morte cōſtantij ⁊ ortu iuliani.

Sed conſtātius imperator dū Juliano quem ceſarē apud Gallias reliquerat dignationem ſibi auguſti ſponte preſumenti armis ire obuiam parat. xxiiij. poſt occaſuꝫ patris imperij ſui anno in oppido Cilicie Moposcrenis die functus eſt.

Capitulū.xxvij. de epiſcopis iuſſu iuliani ab exilio reuocatis ⁊ de ordinatione paulini epī in antiochia.

Poſtq̄ Julianꝰ preſumptum prius deinde vt legitimū ſolus obtinet principatum. Is primo velut arguens perperā geſta Conſtātij epos iubet de exilijs relaxari. Poſt aduerſuꝫ noſtros tota nocendi arte conſurgit. Interim qui ſuperfuerant epī de exilijs relaxantur. Nam liberius vrbis Rome eps Conſtātio viuēte regreſſus eſt. Sed hoc vtrū acqueuerit voluntati ſue ad ſubſcribendū an ad ppl̄i Romani gratiā a quo ꝓficiſcēs fuerat exoratus indulſerit pro certo cōpertū nō habeo. Lucifer autē cū exoraret ab euſebio (qꝛ vterqꝫ in partibꝰ vicinis egypto fuerat relegatꝰ) vt ad videndum Athanaſium alexādriam pergerent communiqꝫ tractatu cum his qui ſuperfuerāt ſacerdotibus de ſtatu eccleſie decernerent preſentiam ſui abnegās legatum pro ſe diaconum ſuū mittit atqꝫ ipſe intento animo Antiochiam pergit ibiqꝫ diſſidentibus adhuc partibus: ſed in vnum tamen reuocari poſſe ſperantibus ſi ibi talis eligeretur eps erga queꝫ non vna plebs ſed vtraqꝫ gauderet preproperus catholicū quidem ⁊ ſanctum virum ac p omnia dignū ſacerdotio paulinum epm collocauit. Sed tamen in quē acquieſcere plebs vtraqꝫ non poſſet.

¶ Capi.xxviij. De concilio apud alexādriam ſanctorum epiſcoporum an de cetero hi ordinandi eſſent epiſcopi qui fuerant maculati cōtagione communionis heretice vel non.

Pergit interea Euſebius alexandriam ibiqꝫ confeſſorum concilio congregato pauci numero: ſed fide integri et meritis multi quo pacto poſt hereticorum procellas et perfidie turbines trāquillitas reuocaretʼ eccleſie omni cura ⁊ liberatione diſcutiunt. Alijs videbatur fidei calore feruentibus nullū debere vltra in ſacerdotium recipi qui ſe vtcunqꝫ heretice communionis cōtagione maculaſſet. Sed qui imitantes apoſtolum querebant nō quod ſibi vtile eſſet ſed qđ pluribus expediret: vel qui imitarentur chriſtum qui cum eſſet omnium vita pro ſalute cūctorum humilians ſe deſcendit in mortem quo ſcꝫ inueniretur ⁊ in mortuis vita dicebant melius eſſe humiliari paululum propter deiectos ⁊ inclinari propter eliſos: vt eos rurſus erigerent nec ſibimet ſolis puritatis merito celorum regna defenderent: ſed eſſe glorioſius ſi cum pluribus illuc mererentur intrare. Et ideo rectuꝫ ſibi videri vt tantum perfidie autoribꝰ amputatis reliquis ſacerdotibus daretur optio ſi forte velint abiurato errore perfidie ad fidem patrū ſtatutaqꝫ cōuerti: nec negare aditum redeūtibus quin potius de eorū cōuerſione gaudere: qꝛ ⁊ ille euangelicꝰ iunior filius paterne depopulator ſubſtātie in ſemetipſum reuerſus non ſolum ſuſcipi meruit: ſed ⁊ dignus paternis complexibus deputatur et annulum fidei recipit ⁊ ſtola circundatur: p quā q̄d aliud q̄ ſacerdotij declarantur inſignia? Nec ꝓbabilis extitit apud patrē ſenior filius

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ꝙ inuidit recepto nec tantum meriti habuit non delinquẽdo quãtum nocte contraxit non indulgendo germano.

¶ Capitulũ. xxix. q̃modo in illo cõcilio ſanctorum epõrum tracta fuit materia de ſpiritu ſancto de differentia inter ſubſtãtiam et ſubſiſtentiam et de natura a chriſto aſſumpta.

Cum igitur huiuſcemodi ſnias ex euangelica autoritate prolatas ordo ille ſacerdotalis et apoſtolic⁹ approbaſſet ex concilij decreto Aſterio ceteriſq; qui cum ipſo erant orientis iniũgitur ꝓcuratio occidentis vero Euſebio decernitur. Additur ſane in illo cõcilij decreto: etiam de ſpiritu ſancto plenior diſputatio: vt eiuſdem ſubſtantie ac deitatis cuius pater et filius etiam ſpiritus ſanct⁹ crederetur: nec quicquam prorſus in trinitate aut creatum aut inferius poſterius ve diceretur. Sed et de differentia ſubſtantiarum et ſubſiſtentiarum ſermo eis ꝑ ſcripturaꝫ mot⁹ eſt. Quod greci vocant. Quidam etenim dicebant ſubſtantiam ⁊ ſubſiſtentiam vnum videri. Et q̃ tres ſubſtentias nõ dicim⁹ in deo: nec in tres ſubſiſtentias dicere debemus. Alij vero quibus longe aliud ſubſtantia q̃ʒ ſubſiſtentia ſignificare videbatur: dicebant quia ſubſtantia ipſa rei alicuius naturam rationẽq; qua ꝯſtat deſignet. Subſiſtentia autẽ vniuſcuiuſq; perſone hoc ipſũ qđ extat et ſubſiſtit oſtendat. Ideoq; ꝓpter Sabellij hereſim tres eſſe ſubſiſtẽtias cõfitẽdas: quod quaſi tres ſubſiſtentes perſonas ſignificare videretur: ne ſuſpitionem daremus tãq̃ʒ illius fidei ſectatores q̃ trinitatem in nominib⁹ tantũ ⁊ non in reb⁹ ac ſubſiſtẽtijs cõfitẽtur. Sꝫ et de incarnatiõe domini cõprehenſum eſt: quia corp⁹ quod ſuſceperat domin⁹ neq; ſine ſenſu neq; ſine aĩa ſuſcepiſſet. Quibus oĩb⁹ caute moderateq; cõpoſitis vnuſquiſq; itinere ſuo cũ pace prexit.

¶ Capitulũ. xxx. de ſciſmate luciferianorũ ac Euſebio et hilario q̃ omnes eccleſias occidẽtales ad rectam fideꝫ reuocabant.

Sed euſebius cuꝫ rediſſet antiochiã et inueniſſet ibi a lucifero ꝯtra pollicitationẽ ordinatuꝫ epm pudore ſimul et indignatione compulſus abſceſſit neutre parti cõmunionem ſuã relaxans: q̃ digrediẽs inde ꝓmiſerat ſe acturũ in cõcilio vt his eis ordinaretur eps a quo pars neutra deſciſceret. Ille nãq; populus q̃ meleciũ dudũ de eccl'ia pulſuꝫ quaſi pro fide recta fuerat ſecutus nõ ſe iũxerat ad ꝑores catholicos: id eſt qui cum euſtachio epiſcopo fuerant ex quibus etiam paulinus erat: ſed ſuũ principatum ſuũq; conuenticulum tenuit. Hos ergo cũ in vnum reuocare voluiſſet euſebius: nec tamen preuentus a lucifero potuiſſet abſceſſit. Tunc regreſſus meletius de exilio: quia eo numeroſior populus erat eccleſiã tenuit ⁊ ex eo iam propriam ſynodum cum ceteris oriẽtalib⁹ epiſcopis habuit: nec tamen Athanaſio iunctus eſt. Interim Lucifer iniuriam dolens ꝙ epiſcopũ a ſe ordinatum apud anthiochiam non recepiſſet euſebius nec ipſe recipere cogitat alexandrini decreta cõcilij: ſed cõſtringebatur legati ſui vinculo qui in concilio ipſius autoritate ſubſcripſerat. Abijcere namq; eum non poterat: q̃ autoritatem eius tenebat. Si vero recepiſſet omne ſuum fruſtrãdum videbat inceptum. Diu ergo de hoc multumq; deliberans cum ex vtraq; parte cõcluderetur eligit vt legato ſuo recepto erga ceteros ſententiã diſparẽ ſꝫ ſibi placitã cuſtodiret. Ita regreſſus ad ſardinie partes ſiue quia cito morte preuentus tp̃s ſnie mutande non habuit. (Etenĩ temere cepta corrigi ſpatio

Idem in hiſt. tripti. lib. vj. cap. xxiij.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſolent(ſiue hoc animo immobili
ter ſederat parū firmauerit.Ex
ipſo iterim luciferianoꝝ ſciſma
qđ licet per paucos adhuc vol-
uitur ſumpſit exordiū.Euſebius
vero,circuiens orientē atq; Ita-
liā medici pariter ⁊ ſacerdotis
fungebat officio.Singulas quaſ
q; eccleſias abiurata infidelita-
te ad ſanitatem recte fidei reuo
cabat.Maxime qđ hilariū quē
dudū cū ceteris epīs in exilium
truſum eſſe memorauimus re-
greſſum iam ⁊ in italia poſitum
hec in eadem erga inſtaurādas
eccleſias fidemq; patrum repa-
randam reperit molientem.

¶Capi.xxxi.de natura ⁊ mo
ribus beati hilarij pariterq;
eius ſcriptis:quibꝰ heretico-
rū verſutias refellit.

NIſi qđ hila
riꝰ vir natura lenis
⁊ placidꝰ ſimulq; eru
ditus ⁊ ad ꝑſuaden-
dū cōmodiſſimꝰ rem diligentiꝰ ⁊
aptiꝰ ꝓcurabat.Qui etiā libros
de fide nobiliter ſcriptos edidit
quibus ⁊ hereticoꝝ verſutias:
⁊ noſtrorum deceptiōes ⁊ male
credulā ſimplicitatē ita diligen
tiꝰ expoſuit:vt ⁊ ꝑ̄ſites ⁊ lōge po
ſitos qbꝰ ipſe ꝑ ſe diſſerere viua
nō poterat ꝑfectiſſima voce in
ſtructiōe corrigeret.Ita iſti duo
viri velut magnifica qdā mūdi
lumina Illiricū italiā galliaſq;
ſuo ſplēdore radiarūt vt oēs etiā
de abſcōditis angulis ⁊ abſtru-
ſis hereticoꝝ tenebre fugarent.

¶Cap.xxxij.qūo Julianꝰ icepit
callide multū xp̄ianos ꝑſequi.

Iſta ēt i hiſto. tripti.libro.vj. cap.j.⁊ xxxvij.

SEd iulianꝰ
poſtq; ad oriētē ꝑſas
bello pulſaturꝰ adue
nit:rpublica quā priꝰ
occultauerat erga idoloꝝ cultū
ferri cepit inſania callidior cete-
ris ꝑſecutor nō vi neq; tormētis
ſꝫ ꝑmijs honoribꝰ blāditijs ꝑſua
ſionibꝰ maiorē pene ppl'i ꝑtē q̄ꝫ
ſi atrociter pulſaſſet eliſit.Stu-
dia autoꝝ gētiliū xp̄ianos adi-
re ꝓhibēs ludos lraꝝ illis ſolis
q̄ deos deaſq; venerant patere
decernit.Militie cingulū nō dari
niſi imolātibꝰ iubet.Procuratio
nē ꝓuinciarū iuriſq; dicēdi xp̄ia
nis ſtatuit:nō debere cōmitti:vt
pote qbꝰ ēt lex ꝓpria gladio vti
vetuiſſet ⁊ ꝓficiebat q̄tidie i hu
iuſcemodi legibꝰ exq̄rēdis:qbꝰ ſi
q̄d v̄ſutū vel callidū tñ qđ minꝰ
videretur crudele decerneret.

¶Capi.xxxiij.qūo incepit iulia-
nus perſequi athanaſium moni
tione quorūdam aruſpicum.

SEd non er
ga Athanaſium ficte
ꝓhie tenere imaginē
potuit.Etenī cū velut
tetri ſerpētes de cauernis terre
ebuliētes ad eū ꝓceſſiſſent ma-
goꝝ philoſophoꝝ aruſpicū au-
gurūq; manꝰ ꝓphana oēs pari
ter allegāt nihil ſuis actibꝰ ſuc-
ceſſurū niſi priꝰ athanaſiū velut
hoꝝ oim obſtaculū ſuſtuliſſet.

¶Capi.xxxiiij.de fuga athana-
ſij ab alexādria ꝑ nilū ⁊ de red-
ditu eiꝰ ad alexādriā in qua lati
tauit vſq; quo ꝑſecutio ceſſaret.

TErū mit Idē in hiſt.tri part.c. xxvj.
titur exercitus iterū
duces iteꝝ oppugna
tur eccleſia.Cūq; eū
meſti acfluentes populi circun-
darēt:ꝓphetico apud eos vſus
ſermo ꝓhibet.Nolite inq̄t o filij
cōturbari:q2 nubecula eſt ⁊ cito
ꝑtranſit.Cūq; diſceſſiſſet ⁊ naui
ꝑ Nilū fluuiū iter ageret comes
q̄ ad hoc ipꝫ miſſus fuerat cogni
to eiꝰ itinere inſtanter eū inſeq̄
cepit.Et cum forte applicuiſſet
anathaſij nauicula ad quendā
locū ꝯperit a ꝑ̄tereūtibꝰ poſt ter
gū eſſe ꝑſecutorē ſuū ⁊ iā iāq; ni-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſi ꝓſpiceret iminere. Conterriti oēs ꝗ ſimul aderant ſocij eremū ſuadebāt ad fuge ꝑſidiū petendā. Tū ille nolite inqͭ o filij deterreri eam⁹ magis ī occurſum ꝑcurſori nr̄o vt ſciat: qꝛ lōge maioꝛ eſt ꝗ nos defendit ꝙ̄ ꝗ pſequtur: ꝛ ꝯuerſa nauicula iter agere obui⁹ ei ꝗ ſe iſectabat aggreſſus eſt ille ꝗ nullo gn̄e ſuſpicari poſſet ī occurſum ſibi venire quē quereret tanꝙ̄ ꝑtereūtes aliqs interrogari iubet vbi audiſſent eſſe athanaſiū cūq; rn̄diſſent ſe vidiſſe eū nō lōge eūtē tota celeritate pertranſiēs ꝑperat inuanū feſtinās cape quē an̄ oculos poſitū videre nō potuit. Ille do dei virtute monit⁹ alexandriā redit: ibiq; tuto latebras vſquequo perſecutio ceſſaret exigit.

¶ Cap. xxxv. qūo iulian⁹ ꝑcepit xp̄ianis auferre ſepulchꝛū babyle martyris exiſtēs ī ſuburbano anthiochie ꝛ qūo galileos: id eſt xp̄ianos incepit affligere.

Idē in hiſtor. tripti. libro. vj. c. xxxj.

Dedit ꝛ aliud iulianus vecordie ſue ac leuitatis indiciū: nā cū dafnis ī ſuburbano antiochie iuxta fontē caſtalium litaret apollini ꝛ nulla ex his ꝗ querebat rn̄ſa ſuſciperet cauſaſq; ſiletij ꝑcōtaret a ſacerdotib⁹ demones aiunt. Babyle martyris ſepulchrum ꝓpe aſſiſtere: ꝛ ideo rn̄ſa nō reddi. Tūc ille galileos venire. Hoc eni nomine nr̄os appellare ſolit⁹ erat: ꝛ auferre ſepulchꝛū martyris iubet. Igitur eccl̄ia vniuerſa ꝯueniēs matres et viri iuuenes virgineſq; imēſa exultatiōe ſuccincti trahebāt lōgo agmie arcam martyris pſallētes ſummis clamoꝛib⁹ ꝛ cū exultatiōe dicentes. Cōfundant oēs ꝗ adorāt ſculptilia ꝛ ꝗ ꝯfidūt ī ſimulachris ſuis. Hec in aurib⁹ ꝓphani ꝑncipis ꝑ ſex milia paſſuum tāta exultatiōe pſallebat oīs eccl̄ia vt celū clamoꝛib⁹ reſultaret. Vn̄ ꝛ ille ī tātā iracūdie rabiē deduct⁹ eſt: vt altera die ꝯprehēdi xp̄ianos paſſim ꝛ trudi iuberet ī carcerē ac penis ꝛ cruciatib⁹ affligi.

¶ Cap. xxxvj. De mirabili ꝯſtātia Theodori cōfeſſoris in tormentis ꝛ morte dubia ipſius Iuliani in bello perſico.

Idem tāgitur in hiſt. tript. li. xxxj.

Quod ſaluſti⁹ ꝑfect⁹ ei⁹ nō probās licet eēt gētilis: tn̄ iuſſus exeqtur: et apphēſuz qndā adoleſcētē ꝗ primus occurrit: Theodorū noīe a pꝛima luce vſq; ad horā vndecimā tāta crudelitate ꝛ tot mutatis carnificib⁹ torſit vt nl̄la etas ſil'e factū meminerit. Cū tn̄ ille in eculeo ſublimis ꝛ hinc inde lateribꝰ iſtāte tortoꝛe: nihil aliud fecerit niſi vultu ſecuro et leto pſalmū quē pridie oīs eccl̄ia cecinerat iterare. Cūq; ſe oī expenſa crudelitate ſaluſti⁹ nihil egiſſe perſpiceret recepto ī carcere iuuene abiſſe fert ad imꝑatoꝛē: ꝛ qd egerit nuntiaſſe ac monuiſſe ne tale aliqd tētare vellet de cetero. Alioqn ꝛ illis gl'iā ꝛ ſibi ignominiā qreret. Hūc theodorū ipſi nos poſtmodū apud antiochiā vidim⁹ ꝛ cū reqreremus ab eo ſi ſenſuz doloris habuiſſet ex integro dicebat dolores ſe qdē parū ſenſiſſet: aſtitiſſe aūt qndā iuuenē ꝗ ſubdēti ſibi linteo candidiſſimo ꝛ ſudores extergeret ꝛ aquā frigidā frequēter infunderet: ꝛ ita ſe eſſe delectatū: vt tūc meſtioꝛ factus ſit: qn̄ deponi de eculeo iuſſus eſt. Cōminat⁹ igit imꝑatoꝛ poſt victoriā pſicā melius ſe xp̄ianos debellaturū ꝓfectus qdē eſt ſed null⁹ redit⁹. Ibi nāq; (incertū a ſuis an ab hoſtibus) ꝯfoſſus poſt annū ꝛ octo mēſes preſumpti auguſtalis imperij finem fecit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Capit. xxxvij. de coadunatione iudeorum: q̄ a Iuliano decepti templū ad ſacrificādū in hieroſolymis reedificare voluerūt.

Eorū q̄ in hiſtoria triparti. q̄ poſtremis capitulis tangit̄ i hiſtoria tripti. li. vj. capi. xliij.

Tanta vero ei⁹ ad decipiēdū ſubtilitas ꝛ calliditas fuit vt ēt infelices iudeos vanis ſpeb⁹ illectos: vt ipſe agitabatur illuderet. Quos primo oim̄ ꝯuocatos ad ſe interrogat: cur nō ſacrificarēt cū eis lex ſua de ſacrificijs īperaret. At illi occaſionē ſe inueniſſe tpis rati: nō poſſum⁹ inquiūt niſi i ſolo hieroſolimoꝝ tēplo. Ita nāq; precipit lex. Et accepta ab eo repandi tēpli licētia itm̄ iſolētie ꝓuenerūt: vt aliqs eis ꝓphetaꝝ reddit⁹ videret. Igit̄ ex oib⁹ locis atq; ꝓuincijs ꝯuenere iudei: locū tēpli olim igne cōſūpti aggredi cepe: comite ꝓperādi opis ab impatore ꝯceſſo ſūptu publico ꝛ priuato res oi iſtātia gerebat̄. Interea inſultare nr̄is ꝛ velut repatis ſibi regni tpib⁹ cōminari acri⁹ ac ſeuitiā oſtētare ꝓrſus i magno timore ꝛ ſupbia agere. Cyrillus poſt maximū cōfeſſorē hieroſolimis habebat̄ eps. Aptʒ igit̄ fundamētʒ: calces cemētaq; adhibita nihil oīno deerat q̄n die poſtera veterib⁹ deturbatis noua iacerēt fundamēta: cū tn̄ eps diligēti ꝯſideratiōe habita vel ex ijs q̄ i danielis ꝓphetia de tpib⁹ legerat: vel q̄d i euāgelijs dn̄s p̄dixerat pſiſteret nl̄lo gn̄e fieri poſſe vt ibi a iudeis lapſis ſup lapidē pōeret̄ reſerat i expectatiōe.

¶ Cap. xxxviij. de mirabili motu terre i hieroſolymis q̄ fundamētoꝝ ſaxa lōge iactauit porticū q̄ʒ iudeorū ſolo coequauit: et multos iudeos oppreſſit.

Ecce nocte q̄ ad incipiendū op⁹ iam ſola reſtabat terre mot⁹ igēs oborit̄ ꝛ nō ſolū fūdamētoꝝ ſaxa lōge lateq; iactāt̄ verū ēt toti⁹ pene loci edificia ꝯplanant̄. Portic⁹ q̄ʒ publice i q̄b⁹ iudeoꝝ mltitudo q̄ opi videbat̄ inſiſtere ꝯmanebat ad ſolū deducte: oēs iudeos q̄ repti ſūt oppſſere: luce iā orta cū ſe mala crederēt effugiſſe ad reqrēdos q̄ oppſſi fuerāt reliq mltitudo ꝯcurrit.

¶ Cap. xxxix. de igne diuinit⁹ accēſo ſignis ꝛ virtutib⁹ terrificis quib⁹ iudei ab illicitis inceptis diſturbant̄ ꝛ ad deū cōuertunt̄.

Aedes erat quedā i inferiorib⁹ tēpli demerſa: hn̄s aditū iter duas portic⁹ q̄ fuerāt ꝯplanate in q̄ ferramēta aliaq; opi neceſſaria ſuabant̄: e q̄ ſubito glob⁹ q̄dā ignis emicuit: ꝛ p mediū platee ꝑcurrēs aduſtis ꝛ exterminatis q̄ aderāt iudeis: vltra citraq; ferebat̄. Hoc iterū ſepiuſq; ꝛ frequētiſſime p totā illā diē repetēs ꝑtinacis ppl̄i temeritatē flāmis vltricib⁹ cohercebat. Cū īgēti pauore ꝛ trepidatiōe oēs q̄ aderāt deteriti: ſolū veꝝ deū xp̄m ꝯfiteri cogebāt̄ iuiti. Et ne h̄ fieri caſu crederēt: i ſeq̄nti nocte i veſtimētis oiʒ ſigna culū crucʒ ita euidēs appruit: vt ēt q̄ diluere ꝓ ſui iſidelitate voluiſſēt: nullo gn̄e valeret abolere. Sic ꝺtriti iudei atq; gētiles locū ſil' ꝛ inanit cepta rliq̄re.

¶ Explicit liber decimus.

¶ Incipit liber vndecimus.

¶ Capitu. j. de ortu religioſo ac morte iouiniani ꝛ victoria quā erga barbaros habuit q̄uo pacem dedit xp̄ianis et athanaſiū ab exilio reuocauit.

Poſt iulianū necē tādē ciuile nobis Iouiniaū repetat̄ ipiū. Is nāq; ſub vno codēq; tpe

Hoc iʒ meminit hiſ. trip. li. vij. c. j.

impatoꝛ ⁊ cōfeſſoꝛ ⁊ male illati extitit depulſoꝛ erroꝛis. Nam cū in procinctu eſſet exercitus ⁊ vrgeret barbarus: ductoreſq̄ noſtri decimis rebus conſiliū trahentes iouiniano calculū darent: cunctiſq̄ appꝛehēſus ad ſuſcipienda imperij traheretur inſignia: ad exercitū iuliani ſacrilegijs prophanatum ſe pꝛoclamaſſe. Non ſe poſſe imperare eis qꝛ eſſet xp̄ianus. Tum oēs pari eadēq̄ voce rn̄diſſe perhibent: ⁊ nos xp̄iani ſumꝰ: nec priꝰ q̄ hanc vocē audiret: acquieſcere ad imperiū voluiſſe. Deniq̄ ſtatim affuit diuina clemētia cōtraq̄ oēm ſpem cū clauſis vndiq̄ hoſtibus tenerentur nec euadēdi facultas vlla ſuppereret: ſubito emiſſos a barbaris oratores adeſſe vident: pacēq̄ depoſcere. Exercitui quoq̄ inedia cōſumpto cibos ceteraq̄ neceſſaria in mercimonijs polliceri: omniq̄ humanitate noſtrorū temeritatē emēdare. Sed vbi in .xx. ⁊ .ix. annis pace cōpoſita ad romanū regreſſus eſt ſole clarioꝛq̄ lux noſtro ſe orbi ex orientis partibꝰ oborta diffudit. Rempublicā quaſi poſt nimias procellas omni moderatiōe aggreditur reparare. Eccleſiarū vero curam non in ſecundis habere: nec tā incaute: vt conſtantius egerat: ſed lapſu predeceſſoris ammonitus honorificis ⁊ officioſiſſimis literis Athanaſium requirit: et ab ipſo formā fidei ⁊ eccleſiarū diſponēdarum ſuſcipit modū. Sed hec tam pia et tam leta principia mors immatura corrupit. Poſt nouem ⁊ em̄ mēſes ortus ſui apud ciliciam diem obijt.

¶ Capm. ij. de ortu valentiniani: ⁊ valētis qui valens fauit hereticis ⁊ chriſtianos perſecutus eſt.

POſt hunc valentinianus imperium ſuſcepit: qui p̄ fide noſtra a iuliano de militia fuerat expulſꝰ. Sed compleuit in illo dn̄s qđ promiſit: plus etiam quā centupla in preſenti ſeculo reſtituens ei. Nā quia militiam p̄ xp̄o reliquerat recepit imperium. Is in cōſortiū regni aſſumpſit fratrē valentē: ⁊ ſibi quidē occiduas partes delegit illi autem orientales reliquit. Sed valens fauēdo hereticis abijt in viam patrum ſuorū. Nam et epiſcopos egit in exilium: et preſbyteros: ac dyaconos: et monachos tatiano Alexandrie preſidente vſq̄ ad tormenta deduxit: ⁊ ignibus tradidit. Multaq̄ nephanda ⁊ crudelia in eccleſia dei molitus eſt. Sed hec oīa poſt athanaſij obitum. Nā illo ſuperſtite velut diuina quadam virtute p̄hibitus: cū debaccharetur in ceteros: in illū nihil auſus eſt triſte committere.

¶ Capitulum. iiij. de morte glorioſa athanaſij ⁊ perſecutionibꝰ lucij heretici.

TVnc ea tēpeſtate cū quadrageſimo ⁊ ſexto anno ſacerdotij ſui athanaſius poſt multos agones: multaſq̄ patiētie coronas quieuiſſet in pace: ſciſcitatus de ſucceſſore petrū tribulationū ſuarum participem et ſociū delegit. Sed lucius arriane partis epiſcopꝰ: continuo tāq̄ ad ouem aduolat lupus. Et petrus quidē nauem protinus cōſcendens ad vrbem romā profugit. Lucius vero tāq̄ materia ſibi crudelitatis ablata: ſeuioꝛ erga ceteros efficiebatur. Et ita ibat in ſanguinem: vt nec ſpeciem quidē aliquam religionis ſeruare videretur. Cuius primo ingreſſu tanta ⁊ tā turpia in virgines ⁊ continentes eccl̄ie geſta ſunt: que nec in perſecutionibus gentilium memorantur. Inde poſt fugas ciuium ⁊ exilia: poſt cedes ⁊ tormēta flammaſq̄ quibꝰ innumeros confecerat: ad monaſteria furoris ſui arma cōuertit. Vaſtat heremum: bella quieſcentibus indicit. Tria milia ſimul aut eo amplius viros: per totam heremum ſecreta et ſolitaria habitatione diſperſos oppugnare p̄iter aggredit̄. Mit-

His ēt in hiſt. trip. l. vij. ca. xxxix. in fin. xxxvij. xxxviij.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tit armataꝫ equitum ac peditum manū tribunos prepoſitos et bellorum duces: tanꝙ aduerſum barbaros pugnaturꝰ elegit. Qui cum veniſſent: nouā belli ſpeciem vident: hoſtes ſuos gladijs obiecta re ceruices: ⁊ nihil aliud dicere niſi amice ad quid veniſti.

¶Capitulum quartum de virtutibus ⁊ mirabilibus macharij qui in inſulā vna cum alijs Anthonij diſcipuli relegatur in qua mirabilia fecit.

Per idē tempꝰ patres monachorum vite et antiquitatis merito Macharius ⁊ Iſidorus aliuſqꝫ Macharius: atqꝫ eraclides et panibus Anthonij diſcipuli per egyptum et maxime in nitrie deſerti partibus habebantur. Uiri qui conſortium vite et actuum non cum ceteris mortalibus: ſed cum ſuperius angelis habere credebantur. Que preſens vidi loquor: et eorum geſta refero: quorum in paſſionibus ſocius eſſe ꝓmerui. Hi ducebant exercitum domini: non mortalibus telis ſed fide religionis armatum exercitum moriendo vincentem et qui ſanguinis ſui profuſione victor chriſtum ſequeretur ad celum. Qui qꝫ dum in tabernaculis poſiti et orātes expectarent interfectores ſuos: delatus eſt ad eos homo olim membris omnibꝰ et precipue pedibus aridus. Sed cū ab eis in noīe dn̄i oleo fuiſſet perunctus: ſtatim cōfirmate ſunt plāte eius. Et dicentibus eis in noīe ieſu xp̄i quē lucius perſequit̄ ſurge ⁊ ſta in pedibus tuis ⁊ redi in domū tuam: cōtinuo exurgens ⁊ exiliens benedicebat deū oſtendēs quia vere erat in eis deus. Ante aliquantulum vero tēporis cecus quidā rogabat adduci ſe ad cellulam Macharij q̄ erat in deſerto itinere trium dierum. Quo poſtea ꝙ cecus multo ductantiū labore peruenit Macharium non reperit domi. Contriſtatus valde nullatenus mitigare meſticiam poterat ſanitatis ſolatijs carens. Tū vero feruore fidei conualeſcēs: deprecor: inquit ad eos qui ſe duxerāt: applicate me ad illā partē parietis vbi cubare ſenior ſolet. Et cū fuiſſet admotus parti luti aridi vn̄ paries oblitus videbatur aſſumens palme ſue ſuppoſuit. Rogat etiam vt aquā de puteo ex q̄ bibere ſolebat hauriret. Quo humore ſoluens glebulā eodēqꝫ luto oculos ſuos ſuperungens: ⁊ lauās de aqua q̄ hauſta fuerat repēte recepit viſuꝫ: ita vt nullo indigens adminiculo rediret ad ſua. Sed ne ſcđm leproſos illos ageret q̄s a ſecuratos in euāgelijs ingratos dn̄s notat: cū omni domo ſua regreſſus et deo gr̄as referēs: rem vt geſta fuerat indicauit. Idē ipſe machariꝰ Leene ſpelūcā habuit cellule ſue vicinā ⁊ quadā die catulos ſuos cecos ad eum bellua producit: atqꝫ ante pedes eius poſuit. At ille cuꝫ intellexiſſet pro ſalute catulorū beſtiam ſupplicare: rogauit dominum vt eis redderet viſum. Quo recepto matrem ſequētes redeunt ad ſpeluncam: et paulo poſt ipſa cum catulis ſuis regrediens: pelles ouium lanatas plurimas velut munus pro ſuſcepta gratia ad ſenem defert morſu oris euectas ⁊ ante fores eius eis depoſitis abſcedit.

B ¶Uerum ſi ſingulorum mirabilium geſta proſequi velimꝰ excludimur a propoſita breuitate maxime cum hec narrationeꝫ proprij operis habere mereantur. Sed in his omnibus Luciꝰ non erubuit: nec aliquid reuerētie virtutum mirabilibus detulit. Quinimmo iubet patres ipſos ablatos a grege ſuo: immo clam raptos in inſulam quandam egypti paludium deportari: in qua compererat neminem prorſus eſſe xp̄ianum quo ꝑ hoc vel abſqꝫ ſolatijs vel abſqꝫ conſuetis actibus viuerent ſenes. Igitur cum duobus ſolis pediſſequis noctu ad inſulam deducuntur. In qua erat tēplū quoddam ſumma veneratione a loci incolis

Dicit etiā in hi. tri. lib. vij. ca. xxxix.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

incolis obſeruatum. Cunq̃ nauicula ſe-
num oram ſoli illius contigiſſet: ecce ſu-
bito ſacerdotis templi illius virgo filia
correpta ſpiritu cum ingenti vocifera-
tione et clamoribus vſq̃ ad celum datis
per medios agi populos cepit. Et cre-
bros ducens rotatus ſtridens huc atq;
illuc rapida ora vibrare. Cunq̃ ad ſpe-
ctaculum tam ingētis monſtri maxime
cum eſſet ſacerdotis filia qui in honore
precipuo apud illos erat: populi conue-
niſſent: per auras eam raptam ſequen-
tes: perueniunt vſq̃ ad nauiculam ſenū.
Ibi vero proiecta eorū pedibus et pro-
ſtrata clamare cepit. Quid veniſtis huc
ſerui dei ſummi antiq̃s nos ⁊ veternoſis
euoluere domicilijs. In hoc loco depulſi
vndiq̃ latebamus? Quomodo vos ne-
quaq̃ latere potuimus. Cedimus anti-
quis ſedibus: populos veſtros terraſq;
recipite. Cū hoc diceret increpatus ab
eis erroris ſpiritus effugatur. Et puel-
la ſana vna cū parentibus ſuis iacebat
ad pedes noſtri temporis apoſtolorum.
Qui talibus exordijs predicātes eis fi-
dem domini noſtri ieſu xpi: in tantam cō
uerſionem repente eos perduxerunt: vt
ſtatim manibus ſuis antiquiſſimum tē-
plum ⁊ in ſumma veneratione habitum
deſtruerent ⁊ eccleſiam confeſtim edifi-
carent. Nec ad deliberandum ſpacio tē-
poris eguerunt: quibus fidem rerū fece-
rant non verba: ſed virtus. Sed hoc cū
fuiſſet Alexandrie nuntiatum: veritus
Lucius ne forte etiā ſuorum in eū odia
iuſta cōſurgerent: qui aperte iam bellū
nō hominibus ſed deo indiceret: occulte
eos reuocari ⁊ in heremū remitti iubet.
Dū hec in egypto gerunt ne in alijs q̄-
dem locis pſecutionis flamma ceſſabat.

¶ Cap. v. de perſecutione apud ediſſam
meſopotamie ciuitatē ad quam xpiani
precipites currebāt. Inter quos mulier
quedā cū puero veloci curſu pperabat.

Edissa nāq; me-
ſopotamie vrbs fideliū popu
lorū eſt Thome apoſtoli reli
quijs decorata. Ubi cū impe-
rator populos vidiſſet eccleſijs eiectos
in campo habere conuenticulum: tanta
dicit iracundia accenſus vt pre-
fectum ſuū pugno percuteret cū
nō fuiſſent inde quoq̃ ſicut iuſſe
rat deturbati. At ille lʒ eſſet pa-
ganus: ⁊ iniurijs ab imperatore
fuiſſet affectus: tn̄ conſideratiōe
humanitatis altera die ad va- Idē in
ſtandū populū proceſſurus: facit hiſto.
hoc ipm ciuibus per occulta in- tripti-
dicia clareſcere quo ſcʒ cauere ta. libr.
ſe poſſent: ne inuenirent in loco vij. ca.
mane proceſſurus terrorē ſolito xxxij.
maiorē per officiū mouet: agitq;
oia quoq̃ minimi vel ſi fieri poſ-
ſet nulli periclitarētur. Uidet tn̄
frequentiorem ſolito populū ten
dere ad locū currere precipites:
⁊ feſtinare tanq̃ vererentur ne
quis deeſſet ad mortem. Inter-
ea videt quandā muliercula ita
feſtinam et properam domo ſua
prorūpere vt nec claudere ho-
ſtium nec operiri vt mulierū ha-
bitum decet diligentius potuiſ-
ſet: infantē quoq; paruulum ſe-
cum trahentē: curſuq̃ rapido
irrupto etiā officij agmine feſti-
nantem. Tū ille vltra nō ferens:
apprehendite inquit mulierē: et
huc deducite. Cūq̃ fuiſſet addu-
cta quo inquit infelix mulier pro
peras tam feſtina. Ad campum
ait quo catholicorū populus cō-
uenit. Et nō inquit audiſti quia
prefectus illuc pergit vt oēs in-
terficiat quos inuenerit. Audiui
inquit. Et ideo feſtino vt ibi inue
niar. Et quo inquit paruulū iſtū
trahis. Ut ⁊ ipſe ait martyrium
cōſequi mereat. Que cū audiſſet
vir moderatiſſimus redire offi-
cium ⁊ cōuerti vehiculū ad pala
tium iubet. Et ingreſſus ait Im
peratori. ſubire mortē ſi iubeas
paratus ſum: opus vero qđ pre-
cipis implere nō poſſum. Cunq̃
edocuiſſet cuncta de muliere re
preſſit imperatoris inſaniam.

¶ Cap. vj. de moyſe quodā quē
regina ſarracenoꝝ popoſcit fieri
epm Alexandrie qui vehemen-

ter ⁊ palam lucium ꝑpter ſuas perſecu
tiones increpauit.

Per ideȝ tēpus
ecclesia velut perſecutionis
igne conflāte purior auri me
allo refulgebat. Nō enim in
verbis vniuſcuiuſqȝ fides: ſed in exilijs ⁊
carceribus probabatur: quia nō honori
erat catholicum eſſe ſed pene precipue
apud Alexandriam. Ubi ne ſepeliendis
quidē corporibus mortuorum libera fa=
cultas fidelibus erat. Que dum lucius
omni arrogātia ⁊ ſeuitia gereret: Mau=
uia Sarracenorū gentis regina: vehe=
menti bello Paleſtini et arabici limitis
oppida atqȝ vrbes quatere: vicinaſqȝ
ſimul vaſtare ꝓuincias cepit. Cūqȝ fre=
quentibus bellis romanum attriuiſſet
exercitum: et plurimis peremptis reli=
quos vertiſſet in fugaȝ: orata pacem nō
aliter ſe amplexurā promittit: niſi moy=
ſes quidā nomine monachus genti ſue
ordinaretur epiſcopus. Qui in heremo
partibus ſuis propinqua vitam ſolita=
riam ducens meritis et virtutibus ac
ſignis que faciebat deus per illū magni
fice innotuerat. Petitio eius principi in
dicata Romano ſine vlla dilatione iube
tur impleri a ducibus noſtris qui ibi in=
feliciter repugnauerant: captus Moy=
ſes ad ſacerdotium ſuſcipiendū Alexan
driam ex more deducitur. Adeſt Lucius
cui ordinādi deferebatur officium. Quo
viſo Moyſes preſentibus ducibus qui
perurgebant ⁊ populis ait. Ego quidē
me non eſſe dignum tanto ſacerdotio
iudico. Uerūtamen ſi aliqua in me licet
indigno diuina diſpenſatio putatur ex=
plenda: deum noſtrum celi ac terre do=
minum teſtor ꝙ Lucius ſanctorum ſan=
guine pollutas ⁊ cruentas ſuper me nō
imitiet manus. Cunqȝ Lucius tam gra=
ui nota iniuſtū ſe videret in oculis plu=
rimorum. Quare inquit o Moyſes tam
facile condemnas eum cuiꝰ fidem igno=
ras? Aut ſi tibi aliquis de me aliter iu=
dicauit audi fidem meā et tibi ipſi ma=
giſqȝ alijs crede. Tum ille. Deſine in=
quit o Luci doloſis tuis me quoqȝ ima=
ginibus aggredi. Bene mihi nota eſt
fides tua: quā ꝑſtantur ſerui
dei per metalla damnati. Epi in
exiliū truſi pſbyteri dyaconi ex=
tra xpiani nois habitacula rele=
gati. Beſtijs alij: alij etiam igni
bus traditi. Nūquid pōt verior
eſſe fides q̄ auribus capitur q̄ꝫ q̄
oculis ꝓuidetur? Apud me cer=
tum eſt ꝙ qui chriſto recte cre=
dunt iſta non faciunt. Et ita ma
iore dedecore deformatus (qm̄
perurgebat neceſſitas reipubli
ce conſulēdi) compulſus acquie=
ſcere: vt ab epiſcopis quos in exi
lium truſerat ſacerdotium ſume
ret. Quo ſuſcepto: et gentis fero
ciſſime pacem tenuit et fidei ca=
tholice cuſtodiuit intemerata cō
ſortia.

Cap. vij. De didimo qui cū luis
luminibus orbatus eſſet in omni
tn̄ ſcientia nō parū profecit quē
ꝯſolatus eſt Antonius ſup ocu=
lorum amiſſione.

Verum cuȝ
apud alexandriā po
pulos et vrbē: nebu=
loſi ductoris tetra ꝑ=
fidie caligo ſuffunderet velut lā=
padam quadaȝ diuina luce ful=
gentem Didimum dn̄s accēdit.
De cuius vita atqȝ inſtitutis qm̄
ad eccleſie gloriā dei munere cō=
ceſſus credit licet in tranſcurſu
neceſſario tn̄ commemorāda no=
bis pauca vident. His namqȝ in
parua etate: cū etiam adhuc pri
ma literarū ignoraret elementa
luminibus orbatus maiore de=
ſiderio ſcientie veri luminis in=
flammatur: nec deſperationem
cupita adipiſcendi paſſus eſt: cū
audiſſet in euangelio ſcriptū qđ
apud homines impoſſibile eſt
poſſibile apud deum. Hac igitur
oīa pollicitatione cōfiſus indeſi=
nenter dominū precabat non vt
oculorū carnalium viſum ſed vt
illuminationē cordis acciperet.
Miſcebat tn̄ precibꝰ ſtudia ac la

De didimo eſt habes apud hiſto. tripti. lib. viij. ca. viij.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bores ⁊ inges cõtinuataſq; vigilias: non
ad legendum ſed ad audiendum adhibe
bat: vt quod alijs viſus hoc illi conferret
auditus. Cum vero poſt lucubrationis
laborem ſomnus vt fieri ſolet legentibus
aduenisſet: Dydimus ſilentium illud nõ
ad quietē vel ocium datũ ducens tanq̃
mundum animal ruminans cibum quē
ceperat ex integro reuocabat: et eo qua
dudum percurrentibus alijs ex librorum
lectione cognouerat memoria et animo
retexebat: vt non tam audiſſe que lecta
fuerant q̃ deſcripſiſſe ea mentis ſue pa=
ginis videretur. Ita breui deo docente
in tantam diuinarum humanarumq; re
rum eruditionem ac ſcientiam venit: vt
ſchole eccl'iaſtice doctor exiſteret Athana
ſio epiſcopo: ceteriſq; ſapientibus in ec=
cleſia dei viris admodum probatꝰ. Sed
et ĩ ceteris ſiue dyaletice: ſeu Geometrie
Aſtronomie quoq;: vel Ariſmetice diſci=
plinis ita eſſet paratus: vt nullus vnq̃
philoſophoꝝ aliqua ex his artibus pro=
ponens obtinere eum vel cõcludere qui=
uerit. Sed ſtatim vt reſponſiones eius
acciperet magiſtrum eum etiam illius
de qua propoſuiſſet crederet diſcipline
huius aliquanti dicta vel cõmuniter diſ=
putata: vel proponẽtibus reſponſa adhi
bitis notarijs deſcripſere: que etiam nũc
in magna ammiratione habentur. Nos
tamen qui ⁊ viue vocis eius ex parte ali
qua fuimus auditores et ea que a non=
nullis dicente eo deſcripta ſunt: legimus
longe maiorem gratiam et diuinum ne=
ſcio quid ac ſupra humanam vocem ſo=
nans in illis magis ſermonibus qui de
ore ipſius proferebantur agnouimus.
Hũc etiam beatus Antonius cum fidei
athanaſij teſtimonium ſaturus aduer=
ſum arrianos de Thebaide alexandriã
deſcendiſſet magnificis cõſolatus eſt ver
bis. Nihil te inquit offendat. o Didime
q carnalibꝰ oculis videris orbatus. De=
ſunt tibi illi oculi quos mures et muſce
et lacerte habent. Sed letare quia ha=
bes oculos quos angeli habẽt ⁊ quibus
deus videtur: per quos tibi magnũ ſcien
tie lumen accenditur.

¶ Capitulum. viij. quanti ex diſci=
pulis antonij etiam tunc in here=
mo habitantibus virtutes et ſi=
gna fecerunt.

FLorebat igi=
tur egyptus ea tempeſtate
non ſolum eruditis in chri=
ſtiana philoſophia viris ve
rum etiam his qui per vaſtam eremum
commanentes ſigna et prodigia apoſto=
lica ſimplicitate vite ⁊ cordis ſinceritate
faciebant. Ex quibus interim quos ipſi
vidimus et quorum benedici manibus
meruimus hi ſunt. Macharius de ſupe=
riori eremo aliuſq; Macharius de infe=
riori. Hyſidorus in ſcithis. Panibꝰ in cel
lulis. Moyſes: et Beniamin in nitria Sy
brion: ⁊ Helyas: et Paulus in apetelio
et alius paulus ĩ Focis. Pemẽ ⁊ Ioſeph
in piſpiri qui appellatur mons Antonij.
Sed et alios q̃plures huiuſmodi viros
in egypti partibus habitare fidei cope=
rimus auditu: vt vere compleretur apo
ſtoli dictum: quia vbi abũdauit peccatũ
ſuperabũdauit ⁊ gratia. Habuit autem
per idẽ tempus etiã Meſopotamia viros
nobiles eiſdē ſtudijs pollentes. Quorũ
aliquãtos ipſi nos ꝑ nos apud Ediſſam
et in Carrarum partibus vidimus: plu=
res autem auditione didicimus.

¶ Capitulũ. ix. de initijs gregorij na=
zanzeni ⁊ ſancti baſilij capadocie epi
ſcopi qui per diuerſas mundi partes
diſcurrentes verbis et predicatione
deſides ſuccendebant.

SEd neutra ha=
rum infecundior Cappado=
cia fuit: imo aliquid letiꝰ gre=
gorium cũ baſilio germinauit
Tulit igitur ⁊ ipſa multorum ſanctorum
ſegetem ſatis letã producit copioſam pio
rum vineam. Oliuarũ quoq; domini ger
minauit nouellam. Sed iſti precipue ve=
lut duo filij pinguedinis aſſiſtentes dex=
tera leuaq; candelabro inſtar duorũ celi
luminarium refulgebant. Unde dignũ
puto de his pauca ſupra repetere. Am=
bo nobiles ambo athenis eruditi: ambo
college: ambo de auditorio digreſſi ad ꝓ
fitendam rethoricam rogabãtur. Quod
opus magnifice quidem implebat baſi=



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lius gregorius vero magnificentius con-
tẽnebat quiq; cũ ſe totũ dei ſeruitio man
cipaſſet: tñ de college amore preſumpſit
vt ſedentem Baſilium de decoris cathe-
dra deponeret ac ſecũ ad monaſterium
manu iniecta perduceret. Ibiq; per an-
nos vt aiunt tredecim: omnibus greco-
rũ ſecularium libris remotis ſolis diui-
ne ſcripture voluminibus operam da-
bant earumq; intelligentiam nõ ex pro-
pria preſumptione ſed ex maiorum ſcri-
ptis et autoritate ſequebantur quos et
ipſos ex apoſtolica ſucceſſione intelligen
di regulam ſuſcepiſſe conſtabat. Quorũ
precipue in prophetas commentarios
diſcutientes: theſauros ſapientie recon-
ditos in vaſis fictilibus requirebant. Ue
rum cum iam ipſi ſufficienter inſtructi di
uina diſpẽſatiõe ad imbuẽdos populos
vocarent: ⁊ alius alio itinere ad idem tñ
opus vterq; traheretur Baſilius Ponti
vrbes: et rura circũiens deſides gentis
illius animos et parũ de ſpe futura ſol-
licitos ſtimulare verbis ⁊ p̄dicatione ſuc
cẽdere calluq; ab his longe negligentie
cepit abolere ſubegitq; abiectis manuũ
rerũ ⁊ ſecularium curis ſuimet notitiam
recipere in vnum coire monaſteria con-
ſtruere pſalmis ⁊ hymnis: ⁊ orationibus
vacare docuit pauperum curam gerere
eiſq; habitacula honeſta et quecunq; ad
victum neceſſaria ſunt prebere. Uirgi-
nes inſtituere pudicam caſtamq; vitam
omnibus pene deſiderabilem facere ita
breui permutata eſt totius prouincie fa
cies vt in arido vt ſqualẽte cãpo videret
ſeges fecunda et leta vinea ſurrexiſſe.
Gregorius vero bonũ ſemẽ non patieba
tur aut ſuper ſpinas iacere: aut inter ſa
xa diſpergere: ſed bonã terrã cordis ſui
iugi cultu ⁊ exercitijs indeſinentibus ex-
colebat. Et multo amplius hic in ſemet
ipſo q̃ ille in ceteris proficiebat. Suſci-
pere ille q̃ renunciãtes ſeculo deferebãt
ad pedes ſuos et diuidere vt q̃ſq; eguiſ-
ſet curam gerebat. Iſte nihil habendi et
oĩa poſſidẽdi ↄtẽtus ſacramẽto erga ſo-
las ſapiẽtie diuitias auarus ⁊ multũ cu
pidus inherebat. Ille coire plures in
vnum et ſui inuicem in neceſſarijs habe
re ſollicitudinem docebat: hic ſui exem-
plo q̄ erat abſolutus et liber ex
ctis ſermone apoſtolico predica-
bat: ego aũt volo vos ſine ſollici-
tudine eſſe. Dñs in proximo eſt:
nihil ſolliciti ſitis: ſed tanq̃ ſerui
xpi hoc ſolũ eſtote ſolliciti qñ re-
deat dñs de nuptijs. Ille delin-
quentibus miſericorditer ↄdole
re ⁊ a delicto reuocare hic per di
uini eloquij gratiã delinquendi
incitamenta preuenire: nec ſine
re labi eum qui difficulter erige
retur eliſus. Ille in fide purus
hic in predicatione liberior. Ille
deo humilis hic etiam hominib⁹
erat. Ille arrogantes contẽptu
hic rõne vincebat. Sic in vtroq;
diuina gratia vnum opus per-
fectionis explebat.

B ¶ Igitur nõ poſt Baſilius
ceſaree cappadocie ep̄s cũ a Ua
lente in exilium pro fide cogeret:
exhibitus eſt ad tribunal prefe
cti terroribuſq; (vt illi moris eſt
poteſtati) ⁊ minis maximis agi
cepit: vt niſi preceptis principis
obediret interitũ ſibi iam iãq;
ſperaret impendi. Tũ ille intre-
pidus ⁊ abſq; vlla animi pertur
batiõe hoc ſibi minanti prefecto
rñdiſſe fertur atq; vtinã aliquid
mihi eſſe digni muneris q̃d offe-
ram huic qui maturius Baſiliũ
de nodo follis huius abſolueret.
Cumq; daret ei nox q̃ erat me-
dia ad ſpatiũ deliberandi rñdiſ-
ſe denuo perhibet. Ego craſti-
no ipſe vero qui nunc tu te vtinã
nõ mutares. Et illa quidem no-
cte vxor imperatoris velut tor-
toribus tradita cruciatur. Fili⁹
vero qui erat eis vnicus extin-
ctus paterne ĩpietatis creditur
exoluiſſe ſupplicia. Ita ante lu-
cem miſſi ſunt: q̃ rogarent Baſi-
lium vt precibus ſuis intercede
ret p eis ne etiã ipſi et quidem Idem l
multo iuſtius ſimiliter interirẽt. hiſto.
Sic accidit vt cũ oẽs catholicos trip. li.
expulerit Ualẽs Baſilius vſq; vij. ca.
ad vite exitũ itemerato cõionis xxxvi.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſacramēto in eccleſia pduraret. Grego-
rius vero apud Nazaurō oppidū in lo-
cum patris eps ſubrogatꝰ hereticorum
turbinē fideliter tulit. Reddita vero pa-
ce ꝯſtātinopolim ad eccleſiā docēdā ve-
nire exoratus nō abnuit. Ubi breui tem
pore tantum ad emendandum popu-
lum vetuſtis hereticorum infectum ve-
nenis profecit vt tunc primum chriſtia-
ni ſibi fieri viderent ⁊ nouellā lucem ve-
ritatis aſpicere cum religionis doctor
multa quidem verbis plura tñ doceret
exemplis nec viderēt ab eo diſcipuli ali-
quid imperari qđ nō priꝰ ipe feciſſet. Sȝ
vbi gloriam ſubſecuta inuidia eſt obniti
quidē e ꝓſcriptiōibꝰ minus ſanis vti ce-
pere vt ipſo ad propria remeante alius
ordinaret eps. Quod ille ſuſurrari tan-
tum ⁊ ſub dente ſentiens ruminari ipſe
profert q̄ dicere ei nullus audebat. Ab-
ſit inquit: vt mei cauſa aliqua ſimultas
in dei ſacerdotibus oriatur. Si propter
me eſt iſta tempeſtas tollite me et mitti
te in mare et deſinet a vobis quaſſatio.
Tunc regreſſus in eccleſia ſua quod ſu-
perfluit vite tempus exegit. Et qm̄ feſ-
ſa iam etate et corpore inualidus erat
ſucceſſorē ſibi ipſe delegit quo eccleſiam
gubernāte debilitatis ⁊ ſenectutis ocio
frueretur. Extant quoqȝ vtriuſqȝ inge-
nij monumenta magnifica tractatuum
quos extēpore in eccleſijs declamabāt.
Ex quibus nos denas ferme ſingulo-
rum oratiunculas tranſfundimus in la-
tinū: baſilij preterea inſtituta monacho-
rum optantes (ſi potuerimus ⁊ dei fauor
adiuuerit) eorū plura transferre. Fuerūt
preterea fratres duo Baſilio gregorius
⁊ Petrus quoꝝ alter in verbo ita doctri
ne alter in operibus fidei fratrē exequa-
bat vt vterqȝ vel gregoriū redderet. Ex-
tant etiam ipſius Gregorij iunioris ali-
qua opuſcula luculenta. Sed de his ſa-
tis dictum. In occiduis vero partibus
Ualentinianus fide religionis illeſus ve
tere Romani imperij cenſura rem publi
cam gubernat.

¶ Capitulum. x. quomodo damaſus
ſacerdotium in vrbe roma ſuſcepit qđ
vrſinus egre ferens ſtatim ſeditio ma
gna oritur.

DAmaſus
poſt liberiū per ſuc-
ceſſionem ſacerdotiū
in vrbe Roma ſuſce-
perat. Quem prelatum ſibi non
ferens Urſinus quidem eiuſdē
diaconus in tantum furoris eru
pit vt perſuaſo quodam ſatis
imperito ⁊ agreſti epiſcopo col-
lecta turbulentorū ſeditioſorū
manu ī baſilica q̄ ſauiniana ap
pellatur epm̄ ſe fieri extorque-
ret legibus ⁊ ordine traditione
peruerſis. Quo ex facto tāta ſe-
ditio imo vero tanta bella orta
ſunt alterutrum defendentibus
populis vt replerentur humano
ſanguine orationum loca. Que
res factione Maximini prefecti
ſeui hominis ad inuidiam boni
⁊ innocētis verſa eſt ſacerdotis:
ita vt cauſa clericorum vſqȝ tor-
mēta duceret. Sed aſſertor in-
nocentie deus affuit ⁊ in caput
eorum qui intenderāt dolū pena
conuerſa eſt.

¶ Capitu. xj. Ambroſius eps
mediolani effectus eſt ꝓpter
vtraſqȝ populi partes ſibi in-
uicem contendentes.

INterea de-
fu-
cto apud mediola-
num Auxentio he-
reticoꝝ epo vtriuſ
qȝ ptis ppli diuer-
ſis ſtudijs ferebant diſſenſio gra-
uis ⁊ periculoſa ſeditio vrbi ꝓ-
prie matuꝝ parabat exitū: ſi ps
vtraqȝ cum diuerſum vellet ne-
quaqȝ ꝓpoſuerat obtineret: am
broſius tūc ꝯſulares eiuſdē pro-
uincie faces gerebat. His cum
perniciē ciuitatis videret impē-
dere ꝓ loco atqȝ officio ſuo cōfe-
ſtim eccleſiam ſeditionem ppli
mitigaturus ingreditur. Cūqȝ
inibi multa ſecundum leges et
publicam diſciplinam pro quie-
te et tranquillitate peroraſſet:

Iſta habent latius in hiſt. trip. lib. vij. ca. viij.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pugnantis inter ſe ⁊ diſſidentis populi ſubito clamor et vox vna conſurgit ambroſium epm̄ poſtulantes: baptizari hunc protinus clamabāt. Erat eniꝫ cathecuminus ⁊ ſibi epm̄ dari: nec aliter vnū populū fore atq; vnā fidem ne ambroſius ſibi daret̄ ſacerdos. Obluctante illo ⁊ plurimū reſiſtēte ad imperatorem relatū populi deſideriū omni maturitate iubet̄ impleri. Dei em̄ ait eſſe q᷑ diſcordantē populi fidem et animos diſſidentes conuerſio ſubita in vnū conſenſum atq; in vnam ſententiā reuocarit. Moxq; dei gratiā cōſecutus ⁊ initiatus ſacris ⁊ ſacerdos effectus eſt.

¶ Cap. xij. De valentiniani morte apud illiricum.

Idē in hiſto. tripti. ca. xj. i pnci.

INterea cū ad bellū ſarmaticuꝫ valētinian⁹ de gallie partibus veniſſet. Illiricum ibi vix dum cepto bello egritudine ſubita oppreſſus diem obijt relictis hereditas in imperio filijs gratiano auguſto valētianoq; admodū paruulo et nondū regis inſignib⁹ initiato. Quē tn̄ neceſſitas eoꝝ qui tācq; vacuū imperij locū conabant̄ inuadere cōpulit etiā abſente fratre purpura indui: ꝓbo tūc prefecto fideliter regnū gerente.

¶ Cap. xiij. de gothorū ꝑ tracias irruptiōe ⁊ valētis nece deq; bonis initijs gratiani.

PEridez tēpus in oriētis regno gothorum gēs ſedib⁹ ſuis pulſa per oēs ſe tracias infudit: armiſq; vrbes ⁊ agros vaſtare feraliter cepit. Tūc ꝟo valētis bella q̄ eccleſijs inferebat in hoſtē cepta conuerti ſeraq; pnia epōs ⁊ pſbyteros relaxari exilijs ac de metallis re

de his i hiſto. tri. lib. viij.

ſolui monachos iubet: ipſe tn̄ ab hoſtib⁹ circūuētus in ꝑdio quo ex bello trepid⁹ confugerat ipietatis ſue penas igni exuſtus dedit annis in iperio cū fratre primo ⁊ poſt cū fratris filijs quatuordecim pariter exactis. Que pugna initiū mali romano imperio tunc ⁊ deinceps fuit. Igitur gratianus cū fratre admodum paruulo poſt patrui neceꝫ oriētis quoq; ſuſcepit imperiuꝫ. Is pietate ⁊ religione oēs pene qui ante fuerāt principes ſuperabat. Uſu armoꝝ ſtrēnuus velox corpe ⁊ ingenio bon⁹ erat: ſꝫ iuuenili exultatione plus fere letus q̄ ſufficiebat ⁊ plus verecūdus q̄ rei publice intererat.

¶ Ca. xiiij. quē impator gratian⁹ theodoſiū imperij ꝑticipē fecit ⁊ poſt multa fortiter geſta maximi tyrāni inſidijs ſuccubuit.

VBiq; vidēs vtilē virū annis maturū i tātis regni curis voluit hr̄e ꝑticipē ⁊ q᷑ vt ſermo diuin⁹ monet melius duo q̄ vn⁹ ꝯſortē aſſiſcit theodoſiū: eiq; oriētis ꝓcuratiōe ꝑmiſſa partes ſibi ac fratri occiduas reſeruauit. Uerū is poſt q̄ multa religioſe ac fortiter geſſit a maximo tyrāno apd̓ britānias exorto ꝑ andragatiū ducē Lugduni ſuoꝝ magis ꝓditiōe q̄ vi hoſtium peremptus eſt.

Idē in hiſto. trip. li. ix. cap. xxj.

¶ Ca. xv. de valētiniano puero ac matre ei⁹ iuſtina q̄ eccleſias ꝑturbare conabat̄ cui reſiſtebat ſanctus Ambro.

CT valentinian⁹ in italia degēs fratris nece atq; hoſtis metu ꝑterritus ſimulatiōe ablatā paceꝫ a maximo ſimulās ipſe q̄ꝫ libenter amplectit̄. Cū interiꝫ iuſtina mater

Horuꝫ meminit hiſto. tri. li. ix. c. xx. C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eiuſdē arriane hereſeos alūna
impietatis ſue venena q̄ viuēte
viro ſuppreſſerat filio facile de-
cepto fidenter aperuit. Igitur
apud mediolanū poſita ꝯturba-
re eccliarū ſtatū cōminari ſacer
dotib⁹ depuſilonis exilia niſi ari
minēſis cōcilij decreta q̄b⁹ fides
patrū temerata fuerat reuoca-
rēt. Quo bello ecclie murū ⁊ tur-
rē validiſſimā pulſabat ambro-
ſiū. Cūq̧ minis terrorib⁹ atq̧ oī
oppugnatiōis gn̄e fatigans pri
mū ſibi aditū debellande rima-
bat ecclie. Sꝫ q̄uis illa zezabel
ſpū pugnaret armata reſiſtebat
tn̄ ābroſi⁹ helye ṽtute replet⁹ ⁊
grā ipa āti i eccliis garrit ſtrepe
alare ⁊ inflāmare ad diſcordiā
pplos: ſꝫ q̄ min⁹ res ex ſnīa cede
ret iniuriā putare et ꝓ hoc apō
filiū cōqueri. Vn̄ adoleſcētulus
ꝓ cōtumelie inuidia quā falſo cō
flauerat mr̄ accēſus armatoꝝ
globū ad eccleſiā mittit cōfringi
ianuas oppugnare ſctā ſacerdo
tē ꝓtrahi atq̧ in exiliū agi proti
nus iubet. Sꝫ tāta fuit pſeuerā-
tia fideliū populoꝝ vt aīas pri⁹
amittere q̄ epm̄ mallent.

¶ Cap. xvj. De cōſtātia beniuolī
q̄ renuit adimplere inceptū regi
ne ac defenſione beati ambroſij
aduerſus iuſtinam reginam.

Idē in hiſt. tri pert. li. ix. c. xx.

INterim di
ctāda aduerſum fidē
patrū imperialia de-
creta mandant beni-
uolo tūc memorie ſcrinijs preſidē
ti. Sed ille cui ab incunabulis ſa
cra fides: ⁊ venerabilis fuit ab-
negat ſe impia poſſe verba ꝓfer
re ⁊ cōtra deū loq̄. Tum vero ne
inceptū regine fruſtrari videre-
tur celſior ei honor ꝓmittitur ſi
impleret iniuncta. ille q̄ nobilior
in fide eſſe q̄ in honoribus cupe
ret: q̄d mihi ait ꝓ impietatꝭ mer
cede altiorē ꝓmittitis gradum?
Hūc ipm̄ quē habeo tollite: tan-
tū mihi ꝯſciētia fidei duret illeſa. Hoc di-
cens añ pedes ꝑcipientiū cingulū iecit.
Ambroſius vero aduerſum regine furo
rē nō ſe manu defendebat aut telo: ſꝫ ie-
iunijs cōtinuiſq̧ vigilijs ſub altari poti⁹
per obſecrationes defenſorē ſibi atq̧ ec-
cleſie deū parabat. Cūq̧ hoc in longū di
uerſis machinis ⁊ oppugnationibus ne
quā iuſtina moliret. Maximus qui ſe ex
vetere tyrāni infamia legitimū pricipē
geſtiret oſtēdere datis lr̄is impium ꝑte
ſtat inceptū fidē dei impugnari: ⁊ ſtatu-
ta catholice ecclie ſubrui: ⁊ inter hec ap
propinq̄re italiā cepit. Quo iuſtina cōp
to hoſte ſimul atq̧ impietatis ꝯſcia pur
gente in fugam verſa cū filio: exilia q̄ dei
ſacerdotibus parabat prima ſortitur.

¶ Cap. xvij. q̄uo Theodoſius vltus eſt
necem Gratiani ⁊ Ualentinianū ad re-
gnum ⁊ fidem reſtituit.

AFfuit tñ theo-
doſius ꝓpter regni fidem bo-
nitatiſq̧ ac beneficioꝝ gra-
tiani memor: ⁊ vindictam to-
tis viribus oriētis inſurgēs vltus ⁊ ſan
guinem iuſtum. Ualentinianoq̧ impia
inter hec matre defuncta fidē catholicā
quā ipſa violauerat ⁊ regnū tyrannide
depulſa reſtituit. Atq̧ ipſe poſteaq̄ ro-
mā illuſtri triumpho inuectus eſt ad ꝑa
tria rurſum regna remeauit.

¶ Cap. xviij. de theodoſij cōmiſſo apud
theſſalonicēſes ob necē vnius militis et
ei⁹ pnīa atq̧ p̄clara lege ab eo ſancita.

PEr idez tēpus
ſubreptiōe quadaz demonis
turpis macula religioſo prin
cipi iniecta eſt. Etenī cū apō
theſſalonicam ſeditione exorta quidam
ex militaribus viris impetu fuiſſet popu
li furētis extinctus repētini nuncij atro-
citate ſuccēſus ad ludos circēſes inuita-
ri populum eiq̧ ex improuiſo circunfun
di milites atq̧ obtrūcare paſſim q̄ſq̧ oc
curriſſet gladio iubet et vindictam dari
nō crimini ſed furori. Ob hoc cū a ſacer-
dotib⁹ italie argueret agnouit delictum
culpāq̧ cū lachrymis profeſſus publicā
pnīam in conſpectu totius eccleſie exe-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Iſta pl gſt. chre et diffuſe tangū=tur i hi ſto. tri. lib. ix. c. xxx. per totum.

git. Et in hoc ſibi tp̄s aſcriptum abſq; regali faſtigio patiēter impleuit. Quib⁹ oib⁹ illud q̄; mira=bil̄r adiecit legē ſanxit in poſteꝝ vt ſniē principū ſuꝑ aiaduerſio=nē ꝓlate in diē triceſimū ab exe cutorib⁹ differret. Quo loc⁹ mie: vt ſi res retuliſſet pnie nō ꝑiret.

¶ Cap. xxix. quō diuia ꝓuidētia ſpāle mun⁹ theodoſio ꝯtulit pro=pter reſtitutionē eccliaꝝ ꝑ ipm in oriente catholicis factam.

Edit ad orientem regreſſus eſt ibiq; vt ab exordio principatus ſui ſum=ma cura ſummoq; ſtudio pulſis hereticis ecclias catholicis de eccleſiaꝝ reſtōne ꝯſuleret: quo fi des recta abſq; ꝑdicati: is impe dimēto ꝓficeret. Cōem ſe ꝓbere erga ſacerdotes dei fide religio=ne ⁊ mūificētia cūctꝫ regiū aim exhibere. Acceſſu facilis ⁊ abſq; impiali faſtu ad colloqū ſe hūili=b⁹ ꝓbere hortatu ei⁹ ⁊ largitiōi=b⁹ ecclie plurib⁹ i locis ornate ſa tis magnificeq; ꝯſtructe ꝑſtare multa poſcētib⁹. Sꝫ frequēti⁹ vl=tro offerre idoloꝝ cult⁹ q̄ ꝯſtanti ni inſtōne ⁊ deinceps negligi et deſtrui ceptus fuerat eodē impe rāte collapſus eſt. Pro qb⁹ intm̄ deo char⁹ fuit vt ſpāle ei munus ꝯtulerit diuina ꝓuidētia. Etem̄ in Thebaide ptib⁹ mōachū quē dā ioannē noie ſpū ꝓphetico re pleuit. Cuius monitis atq; rn̄ſis pacē retinere an bellum gerere eſſet melius ſciſcitabatur.

¶ Cap. xx. de apollinare epiſco=po eiuſq; hereſi que in concilio rome congregato per Dama=ſum papam condemnatur.

Nterea apud laudiciam ſyrie ante idem tempus Apollinaris epiſco=pus vir ſane in cunctis inſtruct⁹ Sed dum contentionis vitio ni=mius agitur ⁊ aduerſum oē qd̄ quiſq; dixerat ire obuius dele=ctatur iactatione ingenij male fortis hereſim ex ꝯtentiōe gene=rauit: aſſerens ſolū corpus non etiā aiam a dn̄o in diſpenſatiōe ſuſceptū. In quo cū euidentibus euangelij teſtimonijs vrgeret q̄=bus ipe dn̄s ⁊ ſaluator hr̄e ſe ani mā ꝓfitet ⁊ ponere eā qn̄ vult et iterū aſſumere eā quāq; turba=tam ⁊ triſtē dicit eſſe vſq; ad mor tē. Vertit ſe poſt: ⁊ ne ex toto vin ci videret ait eum habuiſſe qui=dem aiam: ſed nō ex ea pte qua rōnabilis eſt: ſꝫ ex ea ſolum quā viuificat corpus. Ad ſupplemen tū ꝟo rationabilis ptis ipm ver=bum dei fuiſſe perhibebat. Que aſſertio primo in vrbe roma a da maſo ⁊ Petro Alexandrino ep̄o concilio congregato tali ſnia de pulſa eſt vt decernerēt ſi quis fi=lium dei (qui ſicut vere deus ita vere homo fuit) vel humanita=tis aliquid vel deitatis min⁹ di=ceret habuiſſe alienus ab ecclia iudicaret. Que ſentētia et apud Alexandriam confirmata eſt et apud Conſtantinopolim decre=to cōcilij ex illo apollinariſte ab eccleſia declināres et epiſcopos ſibi ſue patris ⁊ dogmata ꝓpria eccleſiaſq; defendunt.

Idē in apolli=na. hi=ſto. tri. li. vj. c. xxxvij. A.

¶ Cap. xxj. de ep̄oꝝ ſucceſſionib⁹ per diuerſas orientis partes.

Editur in vrbe roma poſt Dama ſum Siricius eccleſie ſuſcepit ſacerdotiuꝫ: apd̄ alexādriam ꝟo defuncto pe tro Thimothe⁹: ⁊ poſt hūc theo philus. In hieroſolymis autem poſt cyrillū Iohēs apl̄icas repa rat ſedes: apud anthiochiā vero defuncto Meletio ſubſtituit Fla uian⁹. Sꝫ q2 Paulin⁹ adhuc ſuꝑ=erat q̄ in catholicoꝝ ſemꝑ ſocie=tate ꝑmāſerat multa ibi iurgia

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

et multe cõtrouerſie ſepe cõmote nec ta-
men ſumma veniẽtibus alijs ⁊ alijs ob-
nitentibꝰ ipſiſqꝫ in hoc elemẽtis fere ma-
riſqꝫ fatigatis potuit aliqñ pacis vllus
obtineri modus cum vtrīqꝫ fidei iã nulla
videret̃ ſubeſſe diſcordia. Hoc idẽ apud
Tyrum fuit vbi cũ Diodorus vnus ſa-
ne ex antiquis catholicis vir et tentatio
nũ documentis ꝓbatus cũ Athanaſij te-
ſtimonio a confeſſoribus eſſet eps factus
moleſtia eius cõtempta alius a Maletij
partibꝰ ordinat̃. Sed ⁊ in multis alijs vr
bibꝰ orientis hmõi cõfuſiões cõtentio ge
nuit ſacerdotũ. Apud conſtantinopolim
vero Necta reus ex pretore vrbano ca-
thecuminus ⁊ nuper baptiſma conſecu-
tus ſacerdotium ſuſcepit.

¶ Cap. xxij. De ſeditione paganoꝝ cõ
tra xpianos apud alexãdriã ꝓpter ve
tuſtã baſilicã quã epiſcopus ab impe
ratore impetrauit.

Interea apud alexandriã noui motus ⁊ ꝯ tẽ
porum fidẽ aduerſus ecclias
concitantur: ex occaſione hu-
iuſmodi oborti. Baſilica quedam publici
operis vetuſta et admodum neglecta
fuit. Quam conſtantius imperator do-
naſſe epiſcopis perfidiam ſuã predican-
tibus ferebat̃. Que longa incuria nihil
validũ preter parietes habebat. Uiſum
eſt epõ q̃ p idem tpſ gubernabat eccleſiã
hãc ab imperatore depoſcere: vt creſcen-
tibus fideliũ pplis orationũ quoqꝫ creſce
rẽt domus. Quãqꝫ cũ acceptã vellet ex-
tollere reperta in loco ſunt antra quedã
latentia: ⁊ terre defoſſa: latrocinijs ⁊ ſce
leribꝰ magis q̃ cerimonijs apta. Igitur
gẽtiles q̃ detegi criminũ ſuoꝝ latebras ⁊
flagitioꝝ cauernas viderẽt non feren-
tes opta tot ſeculis mala: ⁊ tenebris ob-
tecta reſerari: velut draconum calice po-
tato inſanire oẽs ac palã furere ceperũt.
Nec vocibꝰ iam ⁊ ſeditionibꝰ vt ſolebãt
ſed manu ferroqꝫ decertare nituntur.
Crebros conflictus agere in plateis: bel
loqꝫ aperto vterqꝫ populus inter ſe coire.
At noſtri numero ⁊ potentia multo plu-
res ſed modeſtia religionis minus fero
ces erant. Et quo frequenter noſtrorum
plurimis vulneratis aliquantis etiã in-
terfectis ad templũ quaſi ad arcem quã
dã refugiebãt. Quo nõnullos ex chriſtia
nis captos ſecũ adducẽtes: acceſſis aris
imolare cogebãt. Renitẽtes nouis ⁊ ex-
quiſitis ſupplicijs excruciatos necabãt.
Alios patibulis affigẽtes alios confra-
ctis curibꝰ in ſpeluncas ꝑcipitãtes: quas
ob ſacrificioꝝ ſanguinẽ ceteraſqꝫ impu-
ritates delubri recipiẽdas vetuſtas cu-
rioſa cõſtruxerat. Uerum hec ꝑ ſingulos
dies primo cũ metu: deinde cũ fiducia et
deſperatione gerere: atqꝫ intra templũ
clauſi: raptu ⁊ preda viuere. Ad poſtre-
mum graſſantes in ſanguinẽ ciuiũ duces
ſceleris ⁊ audacie ſue deligũt Olimpum
quedã nomine ⁊ habitu ſolo philoſophũ
quo anteſignano arcẽ deffenderent ⁊ ty-
rannidem tenerent. At ij quibꝰ romana
rũ legũ cuſtodia: iuriſqꝫ dicẽdi cura per-
miſſa eſt cognitis que geſta fuerant: tur
bati atqꝫ ꝑterriti ad tẽplũ cõuolant: cau-
ſas audacie ꝑcõtantur: ⁊ quid ſibi vellet
ille concurſus in quo cum tãto ſcelere an
te aras ſanguis ciuiũ funderetur inqui-
runt. Sed illi obfirmato aditu confuſis
et diſſonis vocibus rationẽ facti nullam
ſed clamorem reddebant. Miſſis tamen
ad eos nuntijs: de romani imperij ꝑtãte
de vindicta legum: ⁊ de his que talia ſole
rent ſubſequi commonebant. Cunqꝫ lo-
ci munitio nihil aduerſum veſana moliẽ-
tes agi niſi vt maiore ſineret res geſtas
ad Imperatorem fuerunt. Ille qui inge-
nita mentis clementia errantes mallet
emendare q̃ perdere: reſcribit illorum
quidem vindictam quos ante aras ſan-
guis fuſus martyres fecit non eſſe poſcẽ-
dam: in quibus dolorem interitus ſupe-
rauerit gloria meritorum. De cetero ve-
ro malorum cauſam radiceſqꝫ diſcordie
que pro ſimulachroꝝ defenſione venie-
bãt penitus debere ſuccidi. Quibꝰ exter
minatis etiã bellorum cauſa pariter con
quieſceret. Cunqꝫ hec ſcripta veniſſent
⁊ velut poſt indutias parui temporis ad
audiendum vterqꝫ populus conueniſſet
ad templum: ſtatim vt prima epiſtole pa
gina reſerata eſt in cuius exordio vana
gẽtilium ſuperſtitio culpabatur: clamor
a noſtris immenſus attollitur ſtupor et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pauor gentilium populos inuadit Latebras vnuſquiſqꝫ querere: Anguſtos ſugecales rimari aut noſtris ſe latenter immergere: vt ab omnibus qui aderant noſceretur dei preſentia populo ſuo audaciam tribuente: furorem demonis qui in illis prius debacchatus fuerat effugatum.

¶ Cap. xxiij. de conſtructione templi Serapis et eius ſubuerſione: et vnde habuit ortum illa ſuperſtitio.

Serapis apud Alexandriā templum audi tum: quidē omnibus puto pleriſqꝫ vero etiam notum Locus eſt nō natura ſꝫ manu et ꝯſtructiōe p centum aut eo amplius gradus in ſublime ſuſpenſus: quadratis et ingentibus ſpacijs omni ex parte diſtentus. Cuncta vero quo ad ſummuꝫ pauimentorum euadatur opere forniceo conſtructa. Que immiſſis deſuper luminaribus et occultis aditibus inuicem in ſemet diſtinctis vſum diuerſis miniſterijs et clandeſtinis officijs exhibebant. Jam vero in ſuperioribus: extrema totius ambitus ſpacia occupant exedre et paſtoſoria: domuſqꝫ in excelſum porrecte in quibus vel editui: vel ꝗ quos appellabant id eſt qui ſe caſtificant commanere ſoliti erāt. Porticus quoqꝫ poſt hec omnem ambitum quadratis ordinibus diſtincte intrinſecus circuibant in medio totius ſpatij edes erat pretioſis edita columnis: et marmoreo ſaxo extrinſecus ample magnificeqꝫ conſtructa. Jn hac ſimulachrū ſerapis ita erat vaſtum: vt dextera vnum parietem alterum leua perſtringeret. Quod monſtrum ex omnibus generibus metallorum lignorumqꝫ compoſitum ferebatur. Interiores delubri parietes Laminis primo aureis veſtiti. Super has argenteis ad poſtremum ereis habebantur que munimento precioſioribus metallis forent. Erat etiam quedam ad ſtuporem ammirationemqꝫ videntium: dolis et arte compoſita feneſtra perexigua ab ortu ſolis ita aptata vt die qua inſtitutum fuerat: ſimulachrū ſolis ad ſerapem ſalutādum introferri: diligenter templi foribus obſeratis ingrediente ſimulachro radius ſolis per eandem feneſtram directꝰ os et labra ſerapis illuſtraret: ita vt inſpectante populo: oſculo ſalutatꝰ. Serapis videretur a ſole. Erat et aliud fraudis genus hmōi. Natura lapis magnes huiꝰ virtutis eſſe perhibetur: vt ad ſe rapiat: et attrahat ferrum. Signum ſolis ad hoc ipſum ex ferro ſubtiliſſimo manu artificis fuerat fabricatuꝫ: vt lapis (cuius naturam ferrum ad ſe trahere diximus) deſup in laquearibus fixus: cū temperate ſub ipſo ad librā fuiſſet poſitum ſimulachrum vt naturali ad ſe raperet ferrū: aſſurrexiſſe paululū ſimulachrum et in aere pēdere videretur Et ne hoc lapſu propero proderet: miniſtri fallatie: ſurrexit aiebant ſol vt vale dicens. Serapi diſcedat ad propria. Sed et multa alia decipiendi cauſa a veteribus in loco fuerant conſtructa que nunc longum eſt enumerare p ſingula. Uerū (vt dicere ceperamus) reſcripto recitato: parati qdē noſtrorum populi ad ſubuertendū erroris autorem perſuaſio tamen quedam ab ipſis gentilibus fuerat diſperſa: q ſi humana manꝰ ſimulachrum illud contigiſſet terra dehiſcens ilico ſolueretur in cahos: celumqꝫ repēte p̄ceps. Que res paululū ſtuporem quēdam populis dabat. Cum ecce vnus ex militibus fide quam armis magis munitꝰ: correptaꝫ bipennē inſurgēs re omni niſu maxille veteratoris illidit. Clamor attollit vtrorumqꝫ populorū: neqꝫ tamen aut celū ruit aut terra deſcendit. Inde iterū atqꝫ iterum repetens putris ligni ſumoſum genium cedit. Quodqꝫ deiectum igni adhibito tam fa

Huius ſimulachri euerſio

Tāgit in hiſt. tri. libr. ix. cap. xxvij. in princi.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſſe ꝙ lignum aridū conflagrauit. Poſt hec reuulſum ceruicibus et depreſſum modo trahitur caput. Tum pedes aliaꝙ membra ceſa ſecuribus et rapta funibus diſtrahuntur: ac per ſingula loca membratim in conſpectu cultricis Alexandrie: ſenex veternoſus exuritur. Ad vltimum truncus qui ſuperfuerat in amphiteatro cōcrematur. Uaneꝙ ſuperſtitiones et erroris antiqui ac ſerapis hic finis fuit. De cuius origine diuerſa fertur opinio paganorum. Alij iouem putant cuius capiti modius ſuperpoſitus vel quia cū menſura modoꝙ cuncta iudicet moderari: vel vitam mortalibus frugum largitate preberi. Alij virtutem Nili fluminis: cuius egyptus opibus et fecūditate paſcatur. Quidam in honorem noſtri ioſeph formatum perhibēt ſimulachrum ob dimenſionem frumenti qua famis tempore ſubuenit egyptijs. Alij repertum in hiſtorijs grecorum veteribus ferunt apim quendam patrem familias ſeu regem in egypto memphis poſitum cum famis tempore frumenta apud alexandriam defeciſſent: ex proprio affatim ciuibus alimenta prebuiſſe. Quo defuncto in honorem eius inſtituerunt apud memphis templum in quo bos quaſi indicium optimi agricole nutritur: habens quedam coloris inſignia qui ex nomine eius apis appelletur. Soron vero id eſt ſepulchrum in quo corpus eius iacebat: alexandriam deduxerunt: ⁊ ſoron apis primo: ex compoſitione Sarapin. Poſt vero per corruptionē Serapin nominatum. Quid verum ſit aut nihil omnino de his deus viderit. Sed ad inceptum redeamus.

¶ Cap. xxiiij. de fraudibꝰ paganorū q̄ in illo tēplo detecte ſunt: quapropter ꝙ plurimi vere religionis cultū āplexi ſunt.

POſt hec capite ipſo ydolatrie deiecto: ſtudijs vigilantiſſimi ſacerdotis: quecunꝙ fuerant per totam alexandriam portenta potiuſꝙ ſimulachra pori exitu ⁊ ſimili dedecore publicantur. Horret animus dicere qui miſeris mortalibus laquei a demonibꝰ preparati ſunt. Que funera: que ſcelera in illis que dicebantur abdita tegebantur. Quot ibi infantum capita deſecta inauratis labris inuēta ſunt: quot miſerorū cruciabiles mortes depicte. Que cum proderētur in lucem ac ſub auras prolata ferrētur: licet confuſiōe ipſa gentiles ⁊ pudore diffugerent: tm̄ ſi quis adeſſe potuit mirabatur tot ſeculis ſe illis tam nefarijs ⁊ tam pudendis fraudibus irretitum. Unde ⁊ plurimi ex his condemnato errore ⁊ ſcelere deprehenſo: fidem chriſti ⁊ cultum vere religionis amplexi ſunt. Nam vt omittam cetera flagitia: que in alijs locis vi necatis paruulis: deſpicatiſqꝫ ob fibrarum inſpectionem virginibus gerebantur in vnum ſolummodo quod in tēplo ſaturni geri ad omnium venit conſcientiam memorando. Et quo etiam cetera que omiſimus perpendantur.

¶ Capitulum. xxv. Quomodo detecta eſt fraus cuiuſdam ſacerdotis ſaturni qui tyrannus dicebatur qui arte callida adulteriū in templo cū mulieribus Alexandrie committebat.

SAcerdos erat apud eos ſaturni Tyrannus nomine. Hic quaſi ex reſponſo numinis adorātibus in templo nobilibus quibuſqꝫ ⁊ primarijs viris quorū ſibi matrone ad libidinem placuiſſent: dicebat Saturnum precepiſſe: vt vxor ſua pernoctaret in templo. Tum is qui audierat: gaudens ꝙ vxor ſua dignatione numinis vocaretur. Exornatā cōptius inſuper et donarijs onuſtam ne vacua ſcilicet repudiaretur coniugem mittebat ad templū. In conſpectu omniū concluſa intrinſecus matrona tyrānus ianuis clauſis ⁊ traditis clauibus diſcedebat. Deinde facto ſilentio per occultos ⁊ ſubterraneos aditus intra ipſum Saturni ſimulachrum patulis irrepebat cauer-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nis. Erat autẽ ſimulachrum illud a tergo exeſum: ⁊ parieti diligenter annexũ: ardentibuſqꝫ intra edem luminibus intente ſupplicantiqꝫ mulieri vocem ſubito per ſimulachrum eris concaui ꝓferebat: ita vt pauore ⁊ gaudio infelix mulier trepidaret: quod dignam ſe tanti numinis putaret alloquio. Poſtea ꝙ vero q̃ libitum fuerat vel ad conſternationẽ maiorem: vel ad libidinis incitamẽtum diſſeruiſſet numen impurum arte quadã lineolis obductis repente lumina extinguebantur vniuerſa. Tum deſcendens obſtupefacte ⁊ conſternate muliercule adulterij fucum profanis cõmentationibus inferebat. Hec cum per oẽs miſeroꝝ matronas multo iã tp̃e gereretur: accidit quandam pudice mentis feminam horruiſſe facinus: ⁊ attentius deſignantem cognouiſſe vocem Tyranni: ac domum regreſſam: viro de fraude ſceleris indicaſſe. Ille de iniuria cõiugis imo potius ſua ardentius inflammatus inſcriptum Tyrannum ad tormenta deducit. Quo cõuicto atqꝫ confeſſo ceteriſqꝫ fraudibus reuelatis pudor oẽs: ⁊ dedecꝰ paganorum peruaſerat domos: adulteris matribus: incertis patribus liberis ſpurij deprehenſis. Quibus diuulgatis et proditis raptim cum ſimulachris et edibus exidebantur ⁊ crimina.

¶ Capitulũ. xxvj. de initio ſimulachri canopi apud egyptum ⁊ eius deſtructione per theophilum facta.

TAmvero canopi quis enumeret ſuperſtitioſa flagitia vbi pretextu ſacerdotalium literarum: (ita etenim appellant antiquas Egyptiorum literas) magice artis erat pene publica ſchola. Quem locũ velut fontem quendam atqꝫ originem demonum intantum venerabantur pagani vt multo ibi maior celebritas ꝙ apud alexandriam haberetur. Sed de huius quoqꝫ mõſtri errore cuiuſmodi originem tradãt abſurdum non erit paucis exponere. Ferunt aliquando Caldeos ignem deum ſuum circunferentes cum omnium prouinciarum deis habuiſſe conflictum. Quo ſcilicet qui viciſſet: hic eſſe deus ab omnibus crederetur. Reliquarum prouinciarum dij eris aut argentive aut ligni vel lapidis: vel ex quacũqꝫ materia conſtabant que per igneꝫ proculdubio corrumperetur. Ex quo fiebat vt ignis locis omnibꝰ obtineret. Hec cum audiſſet Canopi ſacerdos callidum quidã excogitauit idrie fieri ſolent in egypti partibus fictiles: vndiqꝫ crebris ⁊ minutis admodum foraminibꝰ patule: quibus turbida aqua deſudans defecatior ac purior redditur. Harum ille vnam cera foraminibus obturatis deſuper etiam varijs coloribus pictam aqua repletam ſtatuit vt deum. Et exciſum veteris ſimulachri quod menelai gubernatoris ferebatur: caput deſuper poſitum diligẽter aptauit. Aſſunt poſt hec Caldei. Igitur in conflictum circa idriam ignis accenditur cera qua foramina fuerãt obturata reſoluitur: ſudante idria ignis extinguitur. Sacerdotis fraude Canopus Caldeorum victor oſtenditur. Unde ipſum Canopi ſimulachrum pedibus perexiguis attracto collo ⁊ quaſi ſugillato: vẽtre tumido in modum idrie cum dorſo equaliter tereti formatur: ⁊ ex hac perſuaſione velut deus victor omnium colebatur. Sed profecerint hec fortaſſe aliquando Caldeis. Nunc vero aduentante ſacerdote dei Theophilo: nullus profuit ſudor nec ceris fraus obtecta ſubuenit. Uaſtata ſunt omnia atqꝫ ad ſolum deducta.

¶ Capitulum. xxvij. de eccleſijs martyrijs que in ydolorum locis conſtructe ſunt.

SEd nihil geſtum eſt quod in ſqualorem verteret locum flagitiorũ. Cauerne ac veternoſa buſta deiecta ſunt: ⁊ veri dei templa eccleſieqꝫ conſtructe. Nam ⁊ in Serapis ſepulchro prophanis edibus complanatis ex vno latere martyrium: ex altero conſurgit eccleſia. Occaſio autem martyrũ conſtruẽdi: vnde data ſit dignum arbitror memorare.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Capit.xxviij. de ſepulchro Joannis violato ⁊ reliquijs ei⁹ apud Alexādriā p athanaſiū ſub cauato pariete ſacrarij conſeruatis.

Iuliani tēporibus velut relaxatis frenis: efferbuit in oēm feuitiam feritas paganorum. Ex quo accidit vt apud Sebaſtem Paleſtine vrbem ſepulchrum Joannis baptiſte mente rabida ⁊ funeſtis manibus inuaderēt: oſſa diſpergerēt: atq; ea rurſum collecta igni cremarent: et ſanctos cineres pulueri immixtos per agros ⁊ rura diſpergerēt. Sed dei prouidentia factū eſt: quoſdam de hieroſolymis ex monaſterio philippi hominis dei orationis illuc cauſa per idem tp̄s veniſſe. Qui cum tantum nefas humanis quidē manibus: ſed ferina mente fieri viderent mori gratius habentes ꝙ huiuſcemodi piaculo funeſtari: inter eos q̄ oſſa ad exurēdū legebāt mixti: diligētius inquantum res patiebatur ac religioſius congregantes: furtim ſe vel ſtupentib⁹ vel inſanientibus ſubtraxere: et ad religioſum patrem philippū venerandas reliquias pertulere. Ille ſupra ſe ducens tantum theſaurum proprijs ſeruare vigilijs: ad pontificem maximum tunc Athanaſium hoſtie immaculate reliquias per Julianum dyaconū ſuū poſt etiā paleſtine vrbis ep̄z mittit: quas ille ſuſceptas paucis arbitris ſub cauato ſacrarij pariete incluſas: prophetico ſpū profuturas gn̄atiōi poſtere conſeruauit. Quib⁹ tūc deiectis ⁊ proſtratis ydolatrie veſtigijs in edib⁹ quondā profanis aurea tecta cōſurgerent. Sz poſt occaſum ſerapis qui nunꝙ vixerat: que iam alterius demonis ſtare delubra potuerunt paruz dixerim: ſi omnes q̄ erāt Alexandrie per ſingulas pene columnas cuiuſcunq; demonis edicule inſulte ceciderunt. Sed per cūctas egypti vrbes per caſtella per vicos per omne rus: p ripas fluminis: per heremum quoq; ſiqua fana ſeu potius buſta reperiri potuerunt inſtantia vniuſcuiuſq; epiſcopi: obruta et ad ſolum deducta ſunt: ita vt rus denuo culture redderet: q̄d iniuſte fuerat demonibus deputatum.

Idez in hiſt.tri. lib.vj. capit. xv.b.

¶ Capitulū.xxix. de thoracibus ſerapis apud alexādriā abraſis et ſigno crucis dn̄ice loco eorū reddito propter cui⁹ ſigni admirationē multi conuertebātur ad fidē.

Sed et illud apud Alexādriā geſtū eſt q̄d et thoraces ſerapis q̄ per ſingulas quaſq; domos in parietib⁹ i ingreſſib⁹ et poſtib⁹ etiā ac feneſtris erant ita abſciſi ſunt omnes ⁊ abraſi vt ne veſtigiū quidē vſq; vel nominis appellatio aut ipi⁹ aut cuiuſlibet alterius demonis remaneret. Sed pro his crucē domini lignum vnuſquiſq; in poſtibus: in ingreſſibus in feneſtris: in parietis columniſq; depingeret. Quod cū factū hi q̄ ſuperfuerant ex paganis viderāt in recordationē rei magne ex traditione ſibimet antiquitus ꝯmendate veniſſe phibent. Signum hoc nr̄m dn̄ice crucis inter illas quas dicunt hieraticas id eſt ſacerdotales litteras habere egyptij domini velut vnum ex ceteris literarū que apud illos ſunt elementis. Cuius littere ſeu vocis hāc eſſe aſſerunt interpretationem. Vita ventura. Dicebāt ergo hi q̄ tunc admiratione re-

De his etiaz in hiſtor. trip. li. ix. cap. xxix.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

geſtarum cõuertebantur ad fi-
dẽ: ita ſibi ab antiquis traditū
qḋ hec q̄ nūc coluntur tãdiu ſta
rẽt quãdiu viderent ſignū iſtud
veniſſe in quo eſſet vita. Unde
accidit vt magis hi qui erãt ex
ſacerdotibus vel miniſtris tem
plorum ad fidem conuerterent
ꝙ illi quos errorū pſtigia et de-
ceptionū machine delectabant.

¶ Capitulū. xxx. qūo maior fuit
inundatio nili poſt ſerapis ſub-
uerſionem ꝙ ante vt oſtenderet
deus nō ſerapin ſed ſe q̄ aquas
fluminis iubebat excreſcere.

SAne quo-
niam moris erat in
Egypto vt menſura
aſcendẽtis Nili flu-
minis ad templum Serapis
deferretur velut ad incrementi
aquarum ⁊ inundationis auto
rem. Subuerſo eius ſimulachro
igniq; conſumpto omnes ſimul
negabãt ſerapin iniurie memo
rem aquas vltra ⁊ affluentiam
ſolitam largiturū. Sed vt oſten-
deret deus non Serapin q̄ mul
to erat Nilo poſterior: ſed ſe eſſe
qui aquas fluminis temporibꝰ
ſuis iuberet excreſcere tanta ex
eo ⁊ deiceps fuit inūdatio quã-
tã fuiſſe prius etas nulla memi
nerat. Et ideo vlna ipſa: id eſt
aque menſura quã Poechim vo
cant ad aquarum dn̄m in eccle
ſia cepta deferri. Sȝ vbi hec ge-
ſta religioſo principi nunciata
ſunt extentis ad celum palmis
cum ingenti fertur exultatione
dixiſſe gratias tibi xp̄e ꝙ abſq;
vrbis illiꝰ magna pernicie tam
vetuſtus error extinctus eſt.

De his aliq̄d i hiſt. tripti. lib. ij. capi. lviij. R

¶ Cap. xxxi. de valentiniano
iuniore q̄ laqueo vitã finiuit.

INterea va-
lentinianꝰ i occiduis
partibꝰ animis ꝙtū
ętas patibatur ardẽ-
tibus rempublicã gerens cau-
ſis etiam nunc latentibus laq̄o
vitam finiuit. Sed hoc quidam
dolo ducis ſui Arbogaſtis factū
confirmabant. Idq; ꝙ maxime
publica tenebat opinio. Alij a
commiſſo quidem ſcelere ducem
alienū dicebant ſed cauſas pre-
ſtitiſſe quibus in hoc adoleſcẽs
animi indignatione cogeretur:
ꝙ minus ei tanq̄ per etatẽ nō-
dū validō libera ei indulgeret
imperia. Fuere tamẽ nonnulli
ſacerdotum qui pacis ab eo q̄
poſt creatus eſt legatione ſuſce
pta immunem eſſe ducem a mor
tis ſcelere apud Theodoſium
teſtarentur.

¶ Capitulū. xxxij. qūo theo-
doſius egre ferens mortẽ va-
lentiniani arma contra eu-
genium corripit.

SEd ipſe
nihilo ſegniꝰ inſtã-
matus ſe ad vltio-
nem arma contra
Eugenium qui in
loco defuncti ſubſtitutus eſt cor-
ripit. Dei primo voluntatem p
Joãnẽ monachū de quo ſupra
memorauimꝰ ſciſcitatus. Tum
ille qui primam de Maximo ei
victoriam predixerat incruen-
tam etiam hanc licet non abſq;
plurima vtriuſq; ſanguinis inū-
datione promittit.

Iſta et que ſequūtur vſq; ad finem libri tangūtur i hiſt. tripti. lib. ix. c. xlv.

¶ Capitulū. xxxiij. de appa-
ratu belli ac victoria theodo
ſij cõtra eugeniū orationibꝰ
magis ꝙ virtute patrata.

IGitur pre
paratur ad bellum
non tã armorū telo-
rūq; ꝙ ieiuniorū ora
tionūq; ſubſidijs nec tam excu-
biarū vigilijs ꝙ obſecrationū p-
noctatiōe munitus. Circuibat
cū ſacerdotibꝰ ⁊ populo omnia
orationū loca ante martyrum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

⁊ apoſtoloꝝ thecas iacebat cilicio ꝓſtra-
tus ⁊ auxilia ſibi fida ſanctorū interceſ-
ſione poſcebat. Ad pagani qui errores
ſuos nouis ſemper erroribus animant
innouare ſacrificia et Romam funeſtis
victimis cruentare. Inſpicere exta pe-
cudum ⁊ ex fibrarum preſcientia ſecutu
ram Eugenio victoriam nuntiare. Su-
perſtitioſius hoc agente et cū omni ani-
moſitate. Flauiano tunc prefecto cuius
aſſertionibus (magna enī erat eius in
ſapientia prerogatiua) Eugeniū victo-
rem fore ꝓ certo preſumpſerāt. Sed vbi
vere religiōis fretus auxilio theodoſius
alpium fauces cepit vrgere primū illi q-
bus nequicq̄ litate ⁊ fruſtra ſacrificate
tot victime de fallacie conſcientia trepi
di demones in fugam verſi poſt etiā ma
giſtri horū et doctores errorū precipue.
Flauianus plꝰ pudoris q̄ ſceleris reus
cum potuiſſet euadere eruditus admo-
dum vir mereri ſe mortē pro errore iu-
ſtius quā pro crimine iudicauit. Ceteri
vero inſtruunt aciem ⁊ collocatis in ſu-
periori iugo inſidijs. ipſi pugnā in de-
ſcenſu montis expectant. Verum vbi ad
primos ventū eſt ⁊ ilico ſe legitimo prin
cipi tradiderūt: cum ceteris imis valli-
bus deprehenſis conflictus acerrimus
geritur. Stetit aliquādiu anceps victo-
ria: fundebātur auxilia barbarorum et
terga iam hoſtibus dabant. Sed fiebat
hoc non vt Theodoſius vinceretur: ſed
ne per barbaros vincere videretur. Tū
ille vt conuerſas ſuorū acies vidit ſtans
in edita rupe vnde ⁊ cōſpiceret ⁊ conſpici
ab vtroq; poſſet exercitu ꝓiectis armis
ad ſolita recurrit auxilia. Et proſtratꝰ
in cōſpectu dei omnipotēs inquit deus:
tu noſti: q̄ in nomine xp̄i filij tui vltionis
iuſte prelia iſta ſuſcepi. Si ſecus in me
vindica. Si vero cum cauſa probabili et
in te confiſus huc veni: porrige dexte-
ram tuis: ne forte dicant gentes vbi eſt
deus eorū. Quam ſupplicationē pij prin
cipis certi a deo eſſe ſuſceptā hi qui ade
rant duces aīantur ad cedem. Et preci-
pue Bacharius vir fide pietate virtute
animi ⁊ corporis inſignis: ⁊ q̄ comes eſſe
et ſocius Theodoſij mereret proximos
quoſq; conto telis gladio paſſim ſternit
agmina hoſtiū conferta ⁊ cōſtipata per-
rumpit. Iter per milia ruentiū ad ipm̄
tyrannū, ruptis agminibꝰ ⁊ aceruatim
fuſis ſtragibus agit vix fortaſſe ab im-
pijs credant que geſta ſunt. Etenī ꝯper
tum eſt q̄ poſt illā imperatoris precem
quā deo fuderat ventus ita vehemens
exortus eſt vt tela hoſtiū in eo qui iece-
rant retorqueret. Cūq; magna vi perſi-
ſtente vento omne iaculū miſſum ab ho-
ſtibus fruſtraretur fracto aduerſariorū
aīo: ſeu potius diuinitus depulſo Arbo
gaſte duce nequaq̄ (deo aduerſo) forti-
ter faciente. Eugenius ante Theodoſij
pedes vinctis poſt terga manibꝰ addu-
citur. Ibiq; vite eius ⁊ certaminis finis
fuit. Tum vero religioſo principi glorio
ſior victoria de fruſtratis opinionibꝰ pa
ganorum quam de tyranni interitu fuit
quibus ſpes vana ⁊ falſa diuinatio
minus in interitu contulit pene q̄ pudo
ris ſeruauit in vita.

¶ Cap. xxxiij. de morte Theodoſij ⁊ ortu archadij: ⁊ honorij liberorum eius.

Cumq; poſt hec
vt futurorū preſcius impera-
tor diſponēde rei publice ſol-
licitudine ſtringeretur: ad oriē
tem protinus mittit vbi veturus ad bel
lum tuta liberos cuſtodia commēdarat.
Ibiq; Archadium Auguſtum regnum
ſibi dudum traditum ſeruare precepit.
Honorium vero pari dignatione predi-
tum: ab occidentibus imperium venire
ocyus iubet. Quo ſuſcepto ⁊ paternis
oſculis amplexibuſq; cōſtricto: traditis
occidentalis regni gubernaculis ipſe ro-
mano imperio p annos. x. ⁊ vij. feliciter
gubernato: ad meliora migrauit cū pnci
pibꝰ pijſſimis pſecutus pmia meritoꝝ.

¶ Euſebij Ceſarienſis eccleſiaſtica finit
hiſtoria p magiſtrū Goffredum bouſſar
dū ſacre pagine doctorē eximiū exactiſſi
me correcta ⁊ emendata: Impſſa lugdu
ni per Benedictum Bonnyn calcogra-
phum. Sumptibus vero honeſti viri Ia-
cobi. q. Franciſci de Giunta ⁊ ſociorum
Florentini. Anno dn̄i. M. ccccc. xxxiij. mē
ſis Septembris. die. vj.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

TOLEDO

BIBLIOTECA PROVINCIAL

Sala Reservada

Número 429

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Res.
429